



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

B

1,477,196



BR

60

271

876







37
60
091
1876

TATIANI

ORATIO AD GRAECOS.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM DENUO COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISIENSIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT


IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS
LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HISTOR. - THEOLOGICAE LIPSIENSIS
SOCIETATIS HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA
SODALIS.

CUM SPECIMINIBUS DUORUM CODICUM PARISINORUM.

IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCLII.

5
2



C O R P U S
APOLOGETARUM CHRISTIANORUM
SAECULI SECUNDI.

EDIDIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO.

VOLUMEN VI.

TATIANUS ASSYRIUS.

Μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν.

Eusebius.

IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCLII.

TATIANI

ORATIO AD GRAECOS.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM DENUO COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS
LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HISTOR. - THEOLOGICAE LIPSIENSIS
SOCIETATIS HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA
SODALIS.

CUM SPECIMINIBUS DUORUM CODICUM PARISINORUM.

IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCL.

44

BR
60
.091
1870

VIRIS

EXCELLENTISSIMIS ILLUSTRISSIMIS

CHRIST. GUIL. SCHWEITZER

**SERENISSIMI MAGNI DUCIS SAXONIAE VIMARIENSIS
VERE INTIMO CONSILIARIO ET IN CIVITATE ADMINI-
STRANDA MINISTRO**

**ORDINUM MAGNIDUCALIS SAXONICI FALCONIS ALBI REGII SAXONICI VIE-
TUTIS CIVICAE ELECTORALIS HASSIACI LEONIS AUREI DUCALIS SAXO-
ERSTINI REGII LEONIS BELGICI SUMMIS INSIGNIBUS CONDECORATO
ORDINUM REGII BORUSSICI AQUILAE RUBRAE CLASSIS PRIMAE IMPERIA-
LITUM RUSSICORUM S. ANNAE CLASSIS PRIMAE ET S. VLADIMIRI EQUITI
etc. etc.**

ATQUE

CAROLO BENEDICTO HASE

**INSTITUTI FRANCIAE SOCIO PARISIIS SCHOLAE LIN-
GUARUM QUAE VIGENT ORIENTALIUM PRAESIDI IN
PARTE BIBLIOTHECAE NATIONALIS CODICES MANU-
SCRIPTOS COMPLECTENTE CONSERVATORI**

**ORDINIS FRANCICI LEGIONIS HONORIS PRAEFECTO ORDINUM IMPERIALIS
RUSSICI S. VLADIMIRI REGIONUM BORUSSICORUM MERITI IN LITERAS
ARTESQUE ET AQUILAE RUBRAE REGII GRAECI SALVATORIS REGII SAXO-
NICI VIRTUTIS CIVICAE EQUITI
etc. etc.**

GRATUM TESTIFICATURUS ANIMUM

HAEC STUDIA

IN EDENDO TATIANO POSITA

VULT SACRA ESSE

CAROLUS OTTO.

Papier-Verlag

Mann

5-10-35

30868

11-9

PRAEFATIO.

Quam diu sit ex quo S. Iustini Philosophi et Martyris operum quae feruntur omnium editionem anno 1842 inceptam absolverim: quae quidem viris in hoc studiorum genere excellentissimis — non in Germania solum, sed et in Anglia, Francia, Russia, aliis terris — probata est atque iterum (Corp. Apologg. christt. saec. sec. Voll. I — V) annis 1847 — 50 in lucem prodiit: Tatiani Assyrii apologiam pro causa christiana mihi licuit eodem tenore nunc demum edere. Nam et munus quo fungor academicum mea tempora occupavit, et ipse Tatianus moram interposuit; is scilicet, omnium longe difficillimus graecorum apologetarum, maxima obiecit impedimenta. Quam obscurum sit orationis genus quo utitur dici vix potest: quocirca fuere qui eum scite Heraclitum redivivum appellarent vel Tertullianum assyrium.

Caeteris apologetis, pariter graecis atque latinis, licet sit minime inferior: tamen post Worthum et Maranum, abhinc annos centum et quod excurrit, haud reperit qui opus ipsius apologeticum et emendaret et explicaret; nemo voluit negotium aggredi perquam difficile. Quodsi mea nunc opera qualiscunque quam

critica tum exegetica, quam in novam hanc editionem contuli, Deo iuvante effecerit ut rectius legatur Tatianus meliusque intelligatur, fructum me percepisse existimabo.

Depeculatus est quidam Anglus editor meam operum Iustini genuinorum editionem: valde opto ut istiusmodi facinus in Tatianum meum ne committat.

Dabam Ienae die Ascensionis Domini

a. MDCCCLI.

PROLEGOMENA
IN
ORATIONEM TATIANI AD GRAECOS.

- I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.**
 - II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.**
 - III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.**
 - IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.**
 - V. DE TATIANEA DICTIONE.**
 - VI. ARGUMENTUM ORATIONIS.**
-



I. De huius editionis ratione.


Textus Orationis Tatiani Assyrii πρὸς Ἕλληνας a me petitus est ex antiquissimo optimae notae codice Parisino n. 174, graeca manu exarato ac meae editionis gratia rursus perlustrato. Minime vero caeteros neglexi codices inferiori aetate scriptos aut parvi aestimavi; plerumque enim unus eorum alterve testimonio suo auctoritatem Parisini primo loco positi magnopere auxit: interdum, fere quaterdecies, emendatiora suppeditarunt. Etiam fragmenta, quae Eusebius ex hac Oratione suae Praeparationi evangelicae inseruit, critica attulerunt subsidia: quibus passim, fere sedecies, a cunctis codicibus illis discessi. Non autem licet scriptorem coniecturis tentare nisi ubi summa corruptelae sit evidentia: ac tum demum, fere tricies, certam quamdam coniecturam sive ab aliis propositam sive a me ipso excogitatam absurdae omnium codicum lectioni praestuli; iustam enim audaciam, equidem non reprehendo, sed temeritatem censeo coercendam. Sic igitur factum est ut in constituenda textus recensione Parisinum vetustate et auctoritate praevalentem, auxilio aliorum codicum aequae ac fragmentorum Eusebianorum et coniecturarum adiutus, tantummodo sexaginta circiter locis derelinquerem, idque saepenumero propter

errores eius apprime minutos. — Interpunctionem ad maiorem quam in editis comparet simplicitatem revocavi. Capita orationis eadem (1 — 42) agnovi quae in exemplari Marariano exstant; margini autem apposui non modo numeros paginarum (141 — 174) et notas literarum (B. C. D) editionis Morellianae anno 1636 vulgatae, quacum usitatissima Coloniensis ex asse convenit, sed paragraphorum etiam numeros (1 — 64) in editionibus Gesneriana et Worthiana indicatos. — Fragmenta Tatiana Maranus tantum pauca publicavit: equidem omnia quae notuere in unum collegi ac digessi.

Adnotatio est critica et exegetica, quemadmodum in mea Iustini editione. Criticae ea ratio est ut et codicum manu exaratorum dissensionem et virorum doctorum measque coniecturas accurate indicet: unde quasi historia *ἱστορία* Tatianae clare perspicitur. In exegetica autem eam viam ingressus sum ut quicquid (aliquo modo dignum memoratu) ex editorum animadversionibus aliorumque scriptis *) hauriri posset studiose colligerem et cum novis meis notis ad interpretationem pertinentibus proponerem. Tatianus unus omnium Apologetarum graecorum difficillimus censetur: non ignota est sermonis quo utitur obscuritas. Equidem magnam me ab eruditis viris gratiam initurum esse cognovi, si difficultates, quibus interpretes excruciantur, expedire et sententias occultas in lu-

*) De Tatiano inter recentiores perquam erudite commentatus est Herm. Adalb. Daniel: *Tatianus der Apologet*. Hal. 1837. 8°. Eius vestigia persequitur Mich. Ledermann: *Examen des hérésies de Tatien*. Argentor. 1845. 4°.

Specimen Codicis Parisini 174.


 ἡ παρ' αὐτῶν προφητῶν μοῦ. τὸ δὲ ἀποκρίσθαι δὲ ἀπὸ τῶν διδασκόντων
 τῶν ἁγίων: — τὸ ἰσοπέδιον ἰσοπέδιον ἰσοπέδιον ἰσοπέδιον ἰσοπέδιον
 τὰ τῶν ἀποστόλων ἐλάλησεν: —

μη πάσης φιλίας ἀλλ' ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς
 ἀλλ' ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς
 πᾶσι δὲ ἡμεῖς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς
 κτήσασθε τὸ πνεῦμα τῆς ἀγάπης ἡ ἀγάπη οὐκ ἐστὶν ἐργασίον ἀλλ' ἀγαθὸν εἶδος ἀγαθῆς
 ῥημάτων τῶν ἁγίων: καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς ἀγαθῆς

ἐποὺ δὲ τὸ
 πᾶσι δὲ ἡμεῖς
 ἀλλ' ἀγαθῆς
 τὰ ἁγία
 κὸν ἀγαθῆς
 ἀγαθῆς τῶν



cem proferre studuissem. Itaque id egi ut accurato commentario opus instruerem atque in iusto brevitatis studio nihil praetermitterem quod ad rem faceret. — Scholia praestantissimi codicis Parisini supra memorati, haud indigna omnino quae prodeant, nunc primum integra edidi.

Versio est Maraniana, permultis locis a me emendata; saepissime effeci ut nova fere compareret.

Indices verborum aut posteræ ætati aut Tatiano propriorum formularumque loquendi notatu dignarum, rerum memorabilium auctorumque memoratorum, locorum citatorum confeci quam diligentissime poterat fieri.

Denique, ut etiam hoc addam, ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas laudavi, usus sum editione altera.

II. De codicibus manuscriptis.

Reperiuntur hodie, quod sciam, sex Orationis Tatiani codices manu exarati: tres in Italia, duo in Francia, unus in Anglia; accedit septimus, qui ex oculis evanuit.

I. *Codex Parisinus CLXXIV* *), olim 1358 tum 2919, Parisiis in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, membranaceus formæ quadratæ, Fonteblandensis, foliorum 190, loco undecimo viginti folia complecte (fol. 112, a — 132, a) Orationem Tatiani præbet. Titulus præfigitur: *Τατιανοῦ πρὸς*

*) Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 89 et Daniel Tatian. d. Apol. p. 78 hunc codicem perperam numero CLXXXI insigniunt.

Ἑλληνας. Is codex, quem in Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apologg. Vol. III) Prolegg. p. XI sqq. descripsi, a Wortho (Praef. ad lect.) in saeculo undecimo reponitur; sed rectius a Montefalconio (Palaeogr. gr., Paris. 1708. Fol., p. 277 sq.) adiudicatur saeculo decimo. Est graecâ manu exaratus, et ut antiquitate sic praestantiâ eminet. In margine passim primâ manu (graece) et raro italâ ineuntis fere saeculi XVI (latine) suppeditat scholia grammatico-dogmatica. Variantes huius codicis lectiones protalit perpaucas Ducaeus, cui „ms. reg.“ dicitur; fere omnes autem primus Worthus repraesentavit, qui nonnulla quoque eius scholia luce donavit. Appellavit „Gall. 1“ et Maranus „Reg. 1.“ Equidem lectiones, quae editori Anglicano pariter atque Benedictino latuerunt, una cum caeteris scholiis, quae nunc primum prodeunt, acceptas refero humanitati Caroli Benedicti Hase, illustrissimi librorum mstorum illius bibliothecae conservatoris; is quippe egregium venerandae antiquitatis codicem, rogante me, denuo inspexit et quae ipse accuratissime enotavit edenda mihi concessit. — Vocavi eum „Par. 1.“

II. *Codex Mutinensis*, custoditus Mutinae in Bibliotheca Ducali, membranaceus decimi saeculi, sexto loco Orationem Tatiani suppeditat πρὸς Ἑλληνας. Cf. Opp. Iustin, l. c. p. XXIX. — In magna rerum perturbatione, quae proximo tempore Italiam obtinebat, non licuit variantes huius codicis lectiones arcesere; maxime autem, si coniecturae locus dandus, cum Par. 1 convenire videtur.

III. Codex Venetus CCCXLIII, Venetiis in Bibliotheca S. Marci conditus, membranaceus saeculi duodecimi, Orationem Tatiani complectitur. Refert Iac. Morellus (Biblioth. msta gr. et lat. Tom. I, Bassani 1802. 4^o, p. 223) de eo sic: „Tatiani Oratio ad Graecos anno 1546 Tiguri primum edita est iuxta exemplar, quod Io. Frisius ab Arn. Arlenio Venetiis acceperat: non illud tamen ex codice hoc fuerat expressum; qui ad Etonensem, de Bononiensi Canonicorum S. Salvatoris sumptum et a W. Worth in editione Oxoniensi adhibitum, praesertim accedit.“ — Is codex Venetus, nisi egregie fallor, fons fuit primarius, unde Valerianus (in monasterio S. Antonii Venetiis) hausit: de cuius apographis iam agendum est.

IV. Codex Bononiensis, Bononiae in Bibliotheca Coenobii Canonorum Regularium S. Salvatoris in vigesimo secundo pluteo repositus et a Valeriano filio Albini Canonico Regulari S. Salvatoris anno 1533 scriptus duobus tomis, exhibet 1^o. Eusebii Demonstrationem evangelicam, initio mutilam, 2^o. Tatiani Orationem ad Graecos, viginti foliis comprehensam. Quod quidem praeter Possevinum in Apparatu sacro (Colon. 1608. Fol.) Tom. II. p. 449 Montefalconius in Diario italico (Par. 1702. 4^o) p. 408 testatus est. — Ex hoc codice transcriptus est:


V. Codex Aetonensis MDCCCLXXXVI, in Bibliotheca Collegii Aetonensis sub arce Windesoria servatus: Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπιζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρησιν ἐσχηκός. Cf. Catalog. librorum

istorum Angliae et Hiberniae Tom. II (Oxon. 1697. Fol.) p. 48. Cum excusis accurate collatus est a Wortho in aedibus Henrici Godolphin, Collegii Aetoniae tunc Praesidis. „Est autem codex iste“, ut ille editor in Praef. ad lect. ait, „apographum [in fol.] transcriptum anno 1534 a Valeriano nescio quo Foro-Liviensi ex exemplari quodam in Bibliotheca Coenobii S. Salvatoris, illo ipso, ni fallor, Bononiae cuius meminit Possevinus in Apparatu sacro.“ — A Marano „Anglicanus“ in notis vocatus est; sed a me ut a Wortho „Aet.“

VI. *Codex Parisinus MMCCCLXXVI*, olim numeris 418. 446. 2167 notatus, in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, chartaceus, Fonteblandensis, quarto loco viginti foliorum (fol. 149, a — 169, b) Orationem Tatiani habet. Titulus literis rubris praefigitur: *Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρησίαν ἔσχηκός.* Ultima syllaba —ός atramento in —s mutata est, ut ἔσχηκε (debebat esse ἔσχηκεν) legeretur. Continentur praeterea (vid. Catalog. Bibliothecae Regiae P. II, ex typogr. regia 1740. Fol., p. 491) hoc codice: 1°. Asclepii; philosophi Tralliani, scholia in libros Nicomachi Arithmetices elementorum (fol. 1, a — 56, a). 2°. Nicomachi Geraseni Arithmetices elementorum libri duo (fol. 57, a — 101, b). 3°. Cleomedis De contemplatione orbium coelestium libri duo (fol. 103, a — 148, b). 5°. Gregorii commentatio De anima ad Tatianum (fol. 170, a — 172, b): *Γρηγορίου περὶ ψυχῆς πρὸς Τατιανόν.* Hunc Gregorii (Thaumaturgi)

Specimen Codicis Parisini 2576.

τωτηανου προς ελληνας. οτι ουκ ειν ^{ων} επι τω δευτερω ^{μα}
 ος ελληνας καλωπι ζων ελληνας αλλα εμ βαρ βαρβαροι εσσι ^α
 η παυλι φιλελεως διακ δευ προς τοις βαρβαροις
 ου αυδεγς ελληνας. μη δε φωνησθε τοις ουκ ελληνα.
 ον. ποιοντ επι τη αυμα δευτην τ αυγατην ο υμωτων
 βαρβαρων ωτοσδο; βαρβαρων ^{μα} οιδω ω ματατ, τ
 ελληνων ες εμαυτ. ωρματ τ αυ αυων περινωσιν. τη
 ος ο ενι δω φεδρε. κατισωρω οτ παρμα οτατ: ωματ (ιοι



libellum, septem tantum capitulis comprehensum, Nourrius in Apparatu ad Bibliothecam Maximam vett. Patrum etc. P. I (Paris. 1703. Fol.) p. 529 ineditum putavit; sed vide sis Thom. Ittigii Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. (Lips. 1711. 4^o) p. 19 sq. et Io. Alb. Fabricii Biblioth. graec., cur. Harles., Vol. VII (Hamb. 1801. 4^o) p. 257. 6^o. Georgii Gemisti Plethonis De virtutibus liber (fol. 173, a — 179, a). 7^o. Eiusdem Antirrheticus, adversus ea quae Scholarius pro Aristotele scripserat (fol. 179, b — 213, a). 8^o. Bessarionis cardinalis Ad Georgium Gemistum Plethonem quaestiones quattuor (fol. 213, b — 215, b). 9^o. Georgii Gemisti Plethonis Ad Bessarionem responsio duplex (fol. 215, b — 221, a). 10^o. Eiusdem De iis in quibus Aristoteles diversum sentit a Platone (fol. 222, a — 236, b). 11^o. Eiusdem Zoroastreorum et Platoniorum dogmatum summa (fol. 237, a — 239, b). Tum, post folium literis non impletum, 12^o. Eiusdem Thessaliae chorographia (fol. 241, a — 249, b). 13^o. Eiusdem e Polybio de Italiae figura excerptum (fol. 250, a — 251, b). In hoc codice tres librariorum manus saeculi decimi sexti conspiciuntur. Nourrius l. c. eiusque vestigiis Montefalconius l. c. p. 96 et Daniel Tatianus d. Apol. p. 78 eum memorant anno 1534 a Bessarione monacho in monasterio S. Antonii Venetiis exaratum esse. At Car. Ben. Hase in hoc codice, quem a me rogatus pervolutavit, refert se nomen illius monachi non reperisse; hanc tantummodo notam a scriba literis rubricatis praeberi fol. 236, b:

στηρίω τοῦ ἁγίου [sic, cum spir. leni] ἄντωνίου ἐνετίῃσι
 [= Venetiis] ἔπει τοῦ κυρίου ἡμῶν αφλθ. [= 1539]
 ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον ♪ Unde patet
 codicem a Valeriano Foroliviensi Canonico Albini
 filio in monasterio S. Antonii Venetiis scriptum esse, qui
 codicem quoque Eusebii Demonstrationis evangelicae Pa-
 risinum (Regium) n. 1901 (nunc 473) confecit, ubi teste
 Montefalconio l. c. p. 88 (coll. p. 108) ad cal-
 cem haec habentur: Ὁ βαλεριανὸς φορολιβιεύς ὁ ἀλβίνου,
 κανονικὸς τῆς πολιτείας καλουμένης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
 [= Canonicus Capituli S. Salvatoris], ταύτην γε βίβλον
 ἐν τῷ τοῦ ἁγίου ἄντωνίου μοναστηρίῳ ἐνετίῃσιν [sic]
 ἔγραψε, ἔπει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ αφμγ [= 1543]
 τετάρτη μηνὸς Σεπτεμβρίου ἰσταμένη. δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν *).
 Idem igitur Valerianus et Demonstrationem Eusebii et
 Orationem Tatiani pluries descripsit; originem enim
 ab hoc librario ducunt codices Aetonensis et Bono-
 niensis (Dem. Eus.), quibus Frisianus haud dubie
 adnumerandus est. Linguam autem graecam parum
 cognitam habuit; nemo nimirum ortu Graecus ἐνετίῃσι
 (sine ν) scripsisset sed hiatum evitasset **). Scholia
 ad Tatiani Orationem calamo scriptorio exaratam non
 suppeditantur; tantummodo aliquot lectiones variae vel

*) Teste „Catalogue des Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escorial, par E. Miller“ (Par. 1848. 4^o) p. 292, etiam codex Scor. 343 a Valeriano scriptus est, qui haecce praebet fol. 112, a: Ἐγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ Ἐὐκλείδου Λεδομένα ἦτοι τῆς Θεωνος ἐκδόσεως αφμβ [= 1542] Σεπτεμβρίου πρώτη διὰ χειρὸς μου Οὐαλεριανοῦ Φορολιβιεύς ὁ [sic] Ἀλβίνου ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου μοναστηρίῳ μοναχοῦ.

**) C. B. Hase: „Oft habe ich von den Bauern in Attika und Kleinasien sagen hören οἱ νῶμοι statt οἱ ὄμοι, aller Orthographie zum Trotz.“

potius emendationes medio fere saeculo decimo sexto ad marginem coniectae sunt manu alicuius Graeci occidentalis. — Hunc codicem neque siglo Worthiano „Gall. 2“ neque Marariano „Reg. 2“ designavi, sed appellavi „Par. 2.“

VII. *Codex Frisianus*, qui Orationem Tatiani continet, a Ioanne Frisio anno 1545, quum in itinere italico ageret Venetiis, ex amici Arnoldi Arlenii Peraxyli libertate ad Tigurinos deportatus est. Is vero, si superest, ubi hodie asservetur equidem nescio *). Titulus: Τατιανοῦ πρὸς ἑλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδεύματων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρησιν ἐσχηκός. In margine variantes comparent alius codicis lectiones vel emendationes. Hic codex, qui ab eodem illo Valeriano Foroliviensi Venetiis in monasterio S. Antonii videtur exaratus esse, in editione Tatiani principe (Tiguri 1546) diligenter typis descriptus est. Cf. Frisii Epist. dedic. in Edit. princ. p. 276. — A Wortho et Marano designatur per „Tigur.“; a me per „Fris.“

Equidem vero auctoritati antiquissimi praestantissimique Parisini 1, cui Martinensis videtur consimillimus esse, in textu constituendo quantum fieri potuit obsequendum censui. Caeteri codices, ab illo Valeriano quarto saeculi decimi sexti decennio confecti (potissimum, opinor, iuxta exemplar Venetum saeculi duodecimi), quamvis singuli interdum scripturas habeant

*) Daniel l. c. scribens: „Wahrscheinlich ist er später nach Venedig zurückgekommen und ist derselbe der in dem Cataloge der S. Markusbibliothek erwähnt wird“ — verbis Morelli supra (p. XV) allatis refellitur.

peculiares, ad unam tamen eandemque familiam pertinent: id quod ex permultis patescit indiciis, inprimis ex consensione lectionum creberrime conspicua: nimirum ex Bononiensi (a. 1533) effluxit Aetonensis (a. 1534) atque ex alterutro Parisinus 2 (a. 1539); utrum autem Frisianus (ex Veneto) prius quam exemplar Bononiense scriptus sit, nec ne, id non liquet.

Iam alia accedunt subsidia critica, quibus in mea editione usus sum. Etenim permulta ex opere Tatiano, cc. 31 et 36 -- 43, Eusebius episcopus Caesariensis in *Praeparationis evangelicae* lib. X. cap. 11 transscripsit, ita quidem, ut interdum interpretis aut emendatoris provinciam susciperet: in nonnullis librarii Eusebiani peccaverunt. Itaque mihi hoc curae fuit ut duas „Eusebii Pamphili Praeparationis evangelicae“ editiones sedulo conferrem, quae eodem fere tempore prodierunt: Heinichenianam et Gaisfordianam. Ac Heinichenus quidem, gymnasii Annaemontani prorector, illam Praeparationem evangelicam Lipsiae a. 1842 sq. (2 Tom.) edidit ad Vigerianam textus recensionem maxime conformatam; Gaisfordus vero, linguae graecae in academia Oxoniensi professor, eandem Praeparationem evangelicam Oxonii a. 1843 (4 Tom.) recensuit ad codices manuscriptos, quorum ope textum vulgatum saepe emendavit. Ex numero autem codicum integrorum, quippe qui librum etiam Praeparationis decimum (c. 11) complectantur, hinc sunt memorandi:

I. *Parisinus* Bibliothecae Nationalis n. 466 membranaceus, saeculo XIV exeunte pulcherrime scriptus. — Est Gaisfordo cod. C, mihi Eus. Par. 1.

II. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 467 chartaceus, recens. — Gaisf. = D, mihi = E u s. P a r. 2.

III. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 468 chartaceus, recens. — Gaisf. = E, mihi = E u s. P a r. 3.

IV. *Florentinus* Bibliothecae Mediceae plut. VI. 6 membranaceus, saec. XV. — Gaisf. = F, mihi = E u s. F l o r. 1.

V. *Florentinus* Bibl. Med. plut. VI. 9 chartaceus, saec. XIV. — Gaisf. = G, mihi = E u s. F l o r. 2.

VI. *Venetus* Bibliothecae Marcianae n. 341 chartaceus, saec. XV. — Gaisf. = I, mihi = E u s. V e n.

Praeter illos codices Gaisfordianos exstat:

VII. *Oxoniensis* Collegii S. Ioannis Baptistae, „liber melioris notae“ (Routh: Reliqq. sacrr. Vol. II, ed. 2. Oxon. 1846, p. 82), a Wortho collatus.

Codices Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. in plerisque concordant; Par. 3 ex Ven. descriptus videtur.

III. De codicibus editis.

Tatiani Oratio ad Graecos primum, una cum aliis veterum Patrum scriptis, Tiguri anno 1546 e prelo prodiit. Titulus editionis hic est: „*Ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ ἔνεστι τὰδε· ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ἐκ διαφορῶν τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν θύραθεν βιβλίων τόμοι τρεῖς. ΜΑΞΙΜΟΥ κεφαλαίων περὶ τελείας ἀγάπης καὶ ἄλλων ἀρετῶν ἑκατοντάδες δ. ΘΕΟΦΙΛΟΥ πρὸς Αὐτόλυκον περὶ Θεοῦ καὶ πίστεως Χριστιανῶν βιβλία γ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ Ἀσσυρίου λόγος κατὰ ἔθνῶν.* Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum, theologiarum praecipue, ex sacris et profanis libris Tomi tres, per

Antonium et Maximum monachos olim collecti. Antonii Loci Melissa inscripti numero sunt 175, Maximi vero 71. Abbae Maximi, philosophi, confessoris et martyris, Aphorismorum seu capitum de perfecta charitate et aliis virtutibus christianis ad Elpidiam presbyteram centuriae III. Theophili sexti Antiochensis episcopi de Deo et fide Christianorum contra Gentes Institutionum libri tres ad Autolycom. Tatiani Assyrii, Iustini martyris discipuli, Oratio contra Graecos. Omnia nova et antea nunquam edita, praeter Maximi Centurias, nunc etiam castigatiores. Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI. Fol. — Principem hanc Tatiani Orationis editionem (p. 277 — 291) Ioannes Frisius Tigurinus parandam curavit. Is enim codicem quem Venetiis a. 1545 nactus est (vid. supra p. XIX) civi suo CONRADO GESNERO tradidit, qui eum summa diligentia Tiguri a. 1546 typis vulgavit una cum scriptis antea memoratis et (p. 276) epistola Frisii dedicatoria ad Hieronymum Frick Bernatem. In margine editionis praebentur non lectiones tantum codicis Frisiani marginales, notulâ „al.“ vel obelisco vel stellulâ insignitae, sed etiam Conradi Gesneri, illius polyhistoris, coniecturae et emendationes, oculis „forte“ et „lego“ aliisve huiusmodi indicatae. Oratio divisa est in 64 paragraphos („portiones“). Animadversiones dedit Henricus Stephanus in calce huius libri: Iustini Phil. et Mart. Epistola ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et latinitate donatae; Tatiani, discipuli Iustini, quaedam. Par. 1592. 4^o. p. 107 — 111.

Iterum Tatiani Oratio: prodit in hac collectione a IOANNE HEROLDO parata: „Orthodoxographa theologiae sacrosancta ac syncerioris fidei Doctores numero LXXVI“ etc. Basileae (per Henricum Petri) a. 1555. Fol. p. 189 — 220. — Textus graecus una cum notis marginalibus (tantum non omnibus) ex editione Tigurina (omissis paragraphorum numeris) repetitus est; in perpaucis ab ea aberrat. Accedit versio Gesneriana. Auctor editionis Oxoniensis (in Praef. ad lectorem) et Nourrius (l. c. p. 530) Orationem „haud semel“ inter Orthodoxographa prodiasse scribunt. Sed nulla post annum 1555 Orthodoxographam editio habetur, in qua illa seu graece seu latine exstet.

Eandem Tatiani Orationem in calce Operum Iustini Phil. et Mart., una cum Athenagorae, Theophili, Hermiae scriptis, edidit FEDERICUS MORELLUS Parisiis anno 1615 et, aliquot locis emendatis, denuo 1636. Fol. Append. p. 141 — 174. — Textum editionis Tigurinae absque notis exhibuit, ita tamen, ut coniecturas et emendationes Gesneri marginales in eum tacite admitteret. Praeterea versionem eiusdem Gesneri adiecit. Equidem altero Morelli exemplari usus sum. Quod quidem ex asse expressit editio quae COLONIAE seu potius Vitebergae anno 1686 lucem vidit, aucta Christiani Kortholti commentario, Kilonii antea a. 1675 Fol. publici iuris facto. Vide quae de his editionibus in Opp. Iustin. Tom. I (= Corp. Apologg. Vol. I) Prolegg. p. XXV sq. dixi.

Ex editione Tigurina FRONTO DUCAEUS (Le Duc) Tatiani Orationem cum versione latina inseruit

(quartae) Parisiensis Patrum Bibliothecae (a. 1624) auctario graeco-latino, h. e. „Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum“ Tomo primo, Parisiis (per Sonnios fratres et Hieronymum Drovardum) M.DC.XXIV, cum privilegio Regis, Fol. p. 160 — 187. Cf. Thom. Ittig De Bibliothecis et Catenis Patrum (Lips. 1707) p. 92. — In eo tantum ab exemplari Tigurino abiit, quod emendationes coniecturasque Gesneri supra memoratas et interdum lectiones codicis Par. 1 cum silentio textui Orationis inseruerit. Ad calcem Tomi (p. 42 — 44) suas in Tatianum notas coniecit: quibus aut vitiosos aliquot locos ex Eusebio ac potissimum ex Par. 1 („ms. reg.“) correxit, aut nonnulla illustravit quae de quibusdam gentilibus viris et mulieribus scriptor memoravit.

Editionibus Iustini Phil. et Mart. ineunte saeculo decimo octavo Oxoniae prelo commissis (cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXVI sq.) haecce conformis est: „*Τατιανου̅ προς̅ Ἑλληνας. Ἑρμίου διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων. Ἐκ Θεάτρον ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτι Θεογονίας ἀψ'.* Alter titulus: „*Tatiani Oratio ad Graecos. Hermiae Irrisio gentilium philosophorum.* Ex vetustis exemplaribus recensuit, adnotationibusque integris Conradi Gesneri, Frontonis Ducaei, Christiani Kortholti, Thomae Galei, selectisque Henrici Stephani, Meursii, Bocharti, Cotelerii, utriusque Vossii, aliorum, suas qualescunque adiecit **WILHELMUS WORTH**, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano, An. Dom. MDCC. Impensis Ioannis Oweni.“ 8^o. — Editor eruditissimus, archidiaconus Vigorpiensis, in dedicatoria ad episcopum suum epistola pronuntiat inter alia: „Cum omnes

atheismi machinas in hoc conversas viderem ut, impetitâ publice religione nostrâ omnique adeo divinitus revelatâ, sub specie *naturalis religionis* excolendae paganismo via sterneretur, incidebam forte in hanc Tatiani Orationem *πρὸς Ἕλληνας*. Avide autem perlectam ipsam ac penitus paulo introspectam cum pluribus de causis mirifice probarem, tum eo praesertim nomine quod luculentissime demonstrat *religionem* hanc omnem *naturalem*, quam dicimus, misellum quiddam esse, parumque admodum valere ad excolendum animum moresque informandos, nisi insuper legis christianae nostrae lumen accesserit. Tum vero ad hanc Orationem accuratius paulo adhuc examinandam me accinxi“ etc. *). In Praefatione ad lectorem dicit se ex editionibus superioribus Tigurinae summam habuisse rationem, „utpote in multis longe purioris et emaculatiois posterioribus, quae a textu Tigurino pro editorum arbitrio saepiuscule recessere“; quum tamen editionem (Morelli) Parisiensem maxime ac propemodum solam studiosorum manibus tritam videret, omnino consultam duxit ipsius in sua editione vestigiis insistere **). Quamquam in plurimis locis lectionem genuinam restituit, raro quidem in ipso textûs corpore, frequentius autem in notis textui subiectis. Nactus enim est codicem manu exaratorum omnino trium lectiones va-

*) Daniel l. c. p. 83: „Wollte man in unsern Tagen von ähnlichem Gesichtspunkte aus eine neue Ausgabe des Apologeten motiviren, so dürfte man darauf hinweisen, wie Tatian, ein völlig historisch gebildeter, mit skeptischem Misstrauen positive Thatsachen durchforschender Mann, an der historischen Grundlage des Christenthums, die er einer genauen Prüfung unterwarf, keinen Anstoss nahm.“

***) Usus est primâ Morelli editione (a. 1615).

riantes. „Duos suppeditavit Bibliotheca Regia Parisiensis: unum membranaceum, ante annos quod creditur sexcentos exaratum [= Par. 1], chartaceum alterum, seculo superiore sub Henrico II Galliarum Rege [?] scriptum“ [= Par. 2]. Horum collationes Michael Lequien Io. Millio transmiserat: qui editori tradidit. Tertium codicem, in Bibliotheca Collegii Aetonensis asservatum, ipse contulit. Orationem, iuxta editionem principem in paragraphos 64 distribuit, Gesneri versionem („paucis hinc inde, quod necesse erat, mutatam“) exhibuit, integras eiusdem pariter atque Ducae adnotationes repetiit, multa insuper quae a viris doctis in Tatianum reperit adnotata suis locis disposuit. His omnibus adiecit Tatiani sententiam de filii *τῷ συναιδίῳ* a Bullo in Defensione fidei nicaenae explicatam (p. 143 — 151), Kortholti adnotationes (p. 152 — 155), Pearsonii coniecturas ad oram libri sui notatas (p. 155), Frisii et Gesneri epistolas dedicatorias (p. 157 sq.), Nourrii dissertationem (p. 159 — 209), Cavei in Historia literaria de Hermia iudicium (p. 210 — 212), Hermiae Gentilium philosophorum irrisionem gr. et lat. (p. 213 — 229), indices rerum et auctorum (p. 230 — 252), denique [abbatis Ludovici du Four de Longuerue] dissertationem in Tatianum beneficio P. Halloixii acceptam, „nunc primum editam“ (p. I — XXVII) et postea a Ioanne Vogt in Bibliotheca historiae haeresiologicae Tom. I. Fasc. 2. (Hamb. 1723) p. 201 sqq. recusam. — Cf. Acta eruditorum anno 1701 publicata (Lips.) p. 268 sqq., Bernardi Nouvelles de la republ. des lettres, mois de Sept. 1701 (Amstel.) p. 317 sqq.,

Tentzelii Curieuse Bibliothec, Tom. I (1704) p. 226 sqq..

Novo posthac vestitu prodierunt opera Apologetarum graecorum curâ **PRUDENTII MARANI** Parisiis (Hagae Comitum) anno 1742. Fol. mai.. De hac editione in Opp. Iustin. l. c. p. XXX sq. pluribus egi. — Oratio Tatiani p. 243 — 276 legitur, in capita 42 bene distributa. Doctus ille presbyter et monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri nova codicum auxilia non comparavit: attamen textum passim sanavit, locos obscuriores interdum luce donavit, versionem Gesnerianam sic emendavit ut nova possit videri. Interdum cum Morello, cuius editionem typothetae tradidit, in vitiis graeci textus concordat. In Praefationis Parte III exponit p. XCVII sqq. de Tatiani studiis literarum et conversione (c. 10), de haeresi in quam lapsus est et de secta Encratitarum ab eo conflata (c. 11), de eius scriptis (c. 12). — Marani exemplar paginis paullulum immutatis recusum est Venetiis anno 1747 Fol. mai.. Oratio Tatiani p. 256 — 293 praebetur.

Ad hoc Venetum Marani exemplar Orationem eandem graece et latine edidit **ANDREAS GALLANDI**: Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum. Tom. I (Venet. 1765. Fol. mai.) p. 636 — 670. Doctus ille Congregationis Oratorii presbyter perpauca adnotationes Maranianis addidit. Prolegomena de Tatiano p. XCVIII sqq. praemisit. Ad textum graecum quod attinet, ea accurate notavi quae recedunt ab editione Marani; consulto Gallandius mutavit nusquam, sed interdum Veneto exem-

plari isto, quippe mendoso, in errores inductus est. — Absque notis secundum idem exemplar oratio graece et latine inserta est Opp. Patrum graecorum [cura F. N. OVERTHÜR] Vol. III (Wirceb. 1779. 8^o) p. 24 — 103.

IV. De codicibus in alias linguas versis.

Eodem anno, quo editio princeps graece vulgata est, latina Tatiani translatio auctore CONRADO GESNERO prodiit. Index idem est quem supra (p. XXI) memoravi: „Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum“ etc. „Christophorus Froschoverus exoudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI.“ Fol. Cf. Ittig. l. c. p. 26 sq. — Haec versio Gesneriana Georgio Laeto, „Augustae Vindellicorum archigrammateo perfectissimo“ dicata et prolixis adnotationibus ornata est. Mendis minime vacat, ut ipse auctor in praefatione concedit: „Ubi rudis interpretatio occurret ignoscas; non enim licuit mihi variis negotiis intricatissimo, non dico ut vellem sed neque ut possem, stilum accuratius expolire.“ Tentzelius in Miscellann. ecclesiast. (Lips. 1708. 4^o) P. I. p. 218 eam Conrado Clausero tribuit: quem quidem errorem iam Ittigius in Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. p. 16 refutavit. — Haec versio repetita est in editionibus Tatiani Heroldiana, Morellianis, Ducaeana, Worthiana, quas supra recensui. Etiam inserta est Bibliothecae SS. Patrum, a Margarino de la Bigne adornatae, edit. 1. Tom. VIII (Par. 1575. Fol.) p. 47 sqq., ed. 2. Tom. IV (1589) p. 1246 sqq., ed. 3. Auctar. (1610),

Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Cölon. 1618. Fol.) Tom. II. nr. 5, Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugd. 1677. Fol.) Tom. II. P. 2. p. 194 sqq., partim Francisci Rous Mellae Patrum etc. (Lond. 1650. 8) p. 66 sqq..

Novam fere translationem exhibuit PRUDENTIUS MABANUS in sua Tatiani editione (cf. supra p. XXVII), unde repetierunt non tantum Gallandius et Oberthürinus, sed etiam Caillau et Guillon in Collectione selecta SS. ecclesiae Patrum etc. Tom. II (Par. et Lips. 1829. 8) p. 5 — 42.

Praeterea translatio Orationis italica et germanica invenitur:

Orazione di Taziano ai Greci, e frammento del dialogo di Bardesane sul destino. Recate dal gr. in ital., c. prefaz. e note, da GIOVANNI BATTISTA GALLICCIOLI. In Venezia 1800. 8.

Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter; aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. Kempten, Kösel-sche Buchhandlung. 1830. 8. Tom. II. p. 139 — 192: „Tatian's Rede an die Heiden.“

Excerpta offerunt: germanice CHR. FR. RÖSSLER in Biblioth. Patrum eccles. Tom. I. p. 255 — 261; gallice MAR. NIC. SYLV. GUILLON in Biblioth. select. Patrum eccles. Tom. I. p. 327 — 335.

V. De Tatiana dictione.

Constat christianos apologetas saeculi secundi, Athenagora excepto, in scriptis suis plerumque incomto dicendi genere usos esse, id quod ipsi ingenue sunt

professi. Putaverunt enim christianam causam per se-
met ipsam ita viribus pollere ut ornatu orationis ad
eam defendendam haud esset opus; insuper comtam
dictionem dissuasit summa scriptorum sacrorum simpli-
citas: quae quidem inter alia effecit ut Tatianus no-
men Christo daret. C. 29: *Καί μοι πεισθῆναι ταύταις*
(h. e. γραφαῖς βαρβαρικαῖς) *συνέβη διὰ τε τῶν λέξεων τὸ*
ἄτυφον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον.

Ipsam audiamus Tatianum: in dicendo quis quon-
dam fuerit, arte rhetorica institutus, et qualis postea
optaverit esse, christiana disciplina imbutus *). Genti-
lium enim dictionem c. 1 perstrinxit sic: *Τὸ πάντων*
ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἐρμηνείας τετιμήκατε,
βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι συμφύρτην
ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τούτου χάριν ἀπεταξά-
μεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ (h. e. ῥητορικῇ), κἄν εἰ πάνυ
σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν

Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

Αρτε adiiciuntur verba c. 26: Πάυσασθε λόγους ἀλ-
λοτριούς θριαμβεύοντες καὶ ὡσπερ ὁ κολοῖος οὐκ ἰδίους
ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. Ἐκάστη πόλις εἰάν ἀφέληται τὴν
ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ὑμῖν τὰ σο-
φίσματα. Patet igitur eum primo rhetoribus favisse
qui, velut graculus Aesopi, splendidis pennis undique
collectis orationem effecerunt pictam ac tumidam, et
magnam in .sophistico illo genere gloriam consecutum

*) Iam H. A. Danielis „Commentationis de Tatiano Apologeta Spe-
cimen“ (Hal. 1835. 8) p. 16 sqq. expositionem praebet. Equidem vero
interdum ab hoc specimine recessi: nempe iustis de causis quaedam omisi
vel emendavi, alia adieci.

esse. Neque ignarus fuit Atticorum sermonis *), quod quidem ex loco c. 26 intelligitur: *Τί γάρ, ἄνθρωπε, τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πύλεμον; Τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελισμῶν, θέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; Εἰ γὰρ ἄττικίζεις οὐκ ὦν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δωρίζειν τὴν αἰτίαν. Πῶς τὸ μὲν εἶναι σοι δοκεῖ βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν ἰλαρώτερον;* Tandem, simulac Christo nomen dedisset, has de candore et splendore sermonis sollicitudines negligere coepit. C. 27: *Τί δ' ἂν ὠφέλησαι λέξεις Ἀττικὴ καὶ φιλοσόφων σωρεία καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες;... Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομοθετοῦντός ἐστιν ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα.* C. 35: *Χαίρειν εἰπῶν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχία καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ **).* Et ipsam orationem prorsus alio dicendi genere composuisse fatetur c. 12: *Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώττης οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεως τε σοφιστικῆς, θειοτέρας δὲ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων: eam dicit qua scripturae sacrae ἄτυφον et ἀνεπιτήδευτον (c. 29) imitando assequeretur ***).*

*) Inde, saltem quod attinet ad etymologicam grammaticae partem, atticum servat colorem. Duae dumtaxat comparent formationes ab Atticis reiectae: ὤνατο c. 8 pro ὠνητο (Phrynich. ed. Lobeck. p. 12: ὠνάμην, ὠνασο, ὠνατο· πάντα ἀδόκιμα) et ἐδεδίσσαν c. 34 pro ἐδέδισαν (Phrynich. p. 180: λέγει τετρασυλλάβως ἄνευ τοῦ ε).

***) C. 26: *Ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν γέγονασιν οἱ γραμματικοί.* C. 27: *Τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λόγων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροσπηθεσίτην γίνεται.*

***) Daniel Tatianus d. Apol. p. 73: „Wenn man bedenkt, wie innig eine gewohnte und liebe Schreibweise mit unserm ganzen geistigen Sein verwächst, so lässt sich vermuthen Tatian habe nicht sogleich und auf ein Mal sich seines rhetorischen Stiles entäussern können, er müsse noch oft aus der erwählten Einfachheit in seine frühere Schreibweise gerathen sein. Wirklich bietet die merkwürdige Diction der Apologie

Hoc sane extra omnem dubitationem positum est Tatianum, tametsi satis idoneis argumentis summoque ingenii acumine adversarios oppugnasse facile concedamus, tamen non omni quae par est in oratione literis mandanda usum esse diligentiam neque omnia limam prosecutum. Etenim turbat lectorem ordo rerum saepe neglectus et confusa descriptionis ratio; parem affert molestiam quod auctor passim sententias multas breviusculas coacervaverit et arte quadam neque disposuerit neque ornaverit; accedunt transitiones plane singulares et audaces, quibus ad alia non tam transire quam transilire videtur, ita ut oratio oriatur amputata et abscissa *). *Exempla habes c. 12 sq.: Χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν, κἄν etc.. Καὶ τὰ μὲν προσηρημένα*

von diesem Schwanken ein getreues Bild, das Bild eines Mannes der mit einer gewissen saloppen Schreibweise kokettirt, der ein Bettlerkleid über ein reich gesticktes Gewand geworfen und nicht verhindern kann dass zwischen den Fetzen der Schimmer hindurchbricht.“

*) Sententiarum ordinem in universum servavit, ut „Argumentum Orationis“ infra exhibitum ostendit, quamvis interdum a proposito aberret neque transitus commodos faciat. — Daniel l. c. p. 61: „Was Inhalt und Anordnung der Apologie angeht, so ist Tatian vielfach völlige Planlosigkeit und ungeschickte Vertheilung des Stoffes zum Vorwurf gemacht. Allerdings lässt sich nicht verkennen dass unser Schriftsteller sich häufig durch Zwischengedanken von seinem Hauptgegenstande auf längere Zeit ablenken lasse und es ihm namentlich an passenden, allmählich überleitenden Uebergängen zu mangeln scheint; mehr lässt sich aber nicht zugeben und darthun. Nur wenn man an sein Werk einen logischen Maasstab anlegen wollte, der den Werken der antiken Literatur im Allgemeinen nicht zusagt, wird man sich zu jenem harten Urtheil hingezogen fühlen.“ Möhler *Patrologie oder christl. Literärgesch.*, ed. Reithmayr, Tom. I (Ratisb. 1840) p. 261: „Seine Apologie ist sehr beredt, mit grossem Witz und vieler Gelehrsamkeit geschrieben. Es fehlt nicht an einzelnen sehr treffenden Bemerkungen, aber wohl lässt sich oft die ruhige Entwicklung der angefangenen Gedankenreihen vermissen.“ Cf. Schoell *Geschichte d. griech. Litteratur* Tom. II (Ber. 1830) p. 678.

παραφύρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς
 ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀναπέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.
 Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄ. Ἐ., ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν, θνητὴ
 δέ. C. 25 sq.: Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς
 τὴν Μῆτιν καταπίνει. Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύ-
 οντες καὶ ὥσπερ ὁ κολοῦς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς.
 Eadem in scribendo negligentia factum est ut multae
 sententiae laborent obscuritate sensuque admodum in-
 voluto excrucient interpretes; nam alia cursim et bre-
 viter attingit ipsoque brevitatis studio fit obscurus, alias
 de fidei dogmatis disputationes raro illustravit lumine,
 nec satis explicuit quae per se difficilia sunt intellectu.
 Quocirca non sine iusta causa alterius Heracliti instar
 obscuritatis famam apud viros doctos sibi contraxit.
 Nihilominus, quamquam Tatiani Orationem non ele-
 gantissime scriptam esse lubenter concesserimus, si non
 plurima at singula certe nitent, nec desunt loci qui
 eam in rhetorum umbraculis versatum esse prodant.
 C. 11: Βασιλεύειν οὐ θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι etc..
 C. 19: Τί γάρ ἐστι μαντικὴ etc.. C. 22 ubi in histrio-
 nem quemdam cavillatio est: Εἰδόν τινα πολλάκις etc..
 C. 23 ubi pugiles et gladiatores describuntur: Εἶδον
 ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους etc.. Lepide
 et facete Gentilianum errores castigat. C. 10: Καλὸς ἦν
 ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν etc.. C. 21: Διὰ τί γὰρ οὐ κύνει νῦν
 ἡ Ἡρα; Πότερον γεγήρακεν —; At multa praeterea ex
 sophistarum more nove et velut paradoxa protulit,
 tamquam pristini sermonis, quem prorsus expellere non
 potuit, reliquias. C. 3: Διόπερ μὴ παρασυρῶσαν ὑμᾶς
 αἰ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις.
 C. 6: καὶ ἐν ποταμοῖς, καὶ ἐν θαλάτταις ἐκδραπνηθῶ.
 C. 19: Κρίσκησιν οὖν, ὃ ἐννεοτεύσας τῇ μεγάλῃ πύλει.

C. 34: ἐκίνησε τριάκοντα παῖδας... ἀκρασίας τὰ ἀπροθί-
νιαι. **C. 22** vocat histrionem quemdam δεισιδαιμονίας
ἐπιτομήν et θησαυρὸν μανίας. Item neminem fugit ver-
borum rariorum eum praebere farraginem, sophistarum
ingenio plane congruam *). Memoranda inprimis vi-
dentur haec, de quibus Stephani Thesaurum graecae
linguae ex editione Car. Bened. Hase adeas: αἵμα-
τεχνυσία, ἀβδητουργός, γραολογία, δοξομανία, ἐνάμαρτος,
ἐπικύσμημα, ἐπίμοχθος, ζώωσις, θνητότης **), κοροκόσμιοι,
λαρρογγιάω, μονομερής, παριστάω, πωγωνοτροφέω, ριναυ-
λέω ***) , σχηματουργία ****), σωμασκία, ψυχρολογία, ὄμο-
βορία. Singula Tatiano sunt propria: ἀβδηρολόγος c.
17, γλωττομανία c. 3, ἐντυφος c. 3, θεατροκοπέω c. 19,
καταβοθρούω c. 34, κορακόφωνος c. 15, ληστοτροφέω c.
23, ῥητολογία c. 40, στιχοποιός c. 24. Omnia vero in
citerioribus graeci sermonis saeculis nata sunt, quae,
quum subtilitas in sententiarum structura et particula-
rum usu paullatim evanesceret, magna in verbis pro-
dendis et componendis utebantur audacia: quo in-
vento id assequi studuerunt ut sententiam verba con-
sequerentur. Inde in multis huius aetatis vocabulis
portentosum quid et quasi libidinosum licet conspicere.
Neque ab hoc aevo absonum est poetarum verba ad-
miscere sermoni pedestri, quamquam iam antea huius

*) Cf. Pearson. praefat. ad Moerid. p. XXI sqq..

**) Multa de substantivis in στης desinentibus docuit Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

***). **C. 22:** ριναυλοῦσι τὰ αἰσχροά. Clemens, Tatianum imitatus, spreta ista novata voce scripsit: διὰ ρινῶν ἐπιφοφῶντες.

****) Exstat c. 9. Occurrit haec vox praeter h. l. apud Eriphan. adv. haeres. p. 460. ed. Petav.; σχηματογραφία autem astrologis vox est propria de figuratione siderum, ut probat C. B. Hase ad Leon. Diac. Histor. VIII. c. 8. p. 478 sq..

consuetudinis exstant vestigia. In Tatiano conferas: ἀερόφοπος, ἀδύρην, ἀμετροεπής, διαπρύσιος, μαρμαρύττειν, ὀμήγυρις, σύμφυρτος, τεθρηπέναι, τερπιωλή. Alia, quae de eius dictione in medium proferri poterant, omnino omnibus qui sequiori graeci sermonis aevo scripsere sunt communia. Monere tamen volumus substantivum neutrale supra modum ab eo frequentatum esse: τὸ ἀδύνατον c. 20, τὸ ἀθάνατον cc. 7. 14. 15, τὸ αἷτιον c. 12, τὸ ἀλαζονικόν c. 3, τὸ ἀληθές c. 5, τὸ ἀμετροεπές c. 27, τὸ ἀναρχον c. 5, τὸ ἀνεπιτήδεον c. 29, τὸ ἀόρατον c. 4, τὸ ἄτονον c. 32, τὸ ἄσφον c. 29, τὸ ἀντεξούσιον cc. 1. 7. 11. 15, τὸ διαπτεπηγός c. 20, τὸ ἐκπυρον c. 20, τὸ ἐξαίσιον c. 29, τὸ ἐρῶμένον c. 32, τὸ εὐδαιμον c. 2, τὸ εὐκατάληπτον c. 29, τὸ λυπηρόν c. 14, τὸ μοναρχικόν c. 29, τὸ νωθές c. 32, τὸ προγνωστικόν c. 29, τὸ πρωτόγονον c. 7, τὸ ψυχρόν c. 20.

VI. Argumentum Orationis *).

Tatianus in exordio Orationis suae, paullo post Iustini Martyris mortem in urbe Roma compositae, Graecos exagitat quod de praeclaris artibus et disciplinis tantopere gloriantur: quum tamen eas non invenerint sed a barbaris mutuati sint, atque adeo iis perverse abutantur. Institutam enim esse rhetoricam ad iniustitiam, poeti-

*) Analysin etiam dederunt NIC. LE NOURRY l. c. p. 521 sqq. (coll. Werthi edit. Tat. p. 161 seqq.), PRUD. MARAN l. c. p. 241 sq. (unde Lumper Histor. theol. - crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum etc. P. II, Aug. Vind. 1784, p. 339 sqq. et Permaneder Biblioth. patrist. Tom. II, Landsh. 1842, p. 166 sqq. repetierunt), Remy CAILLER Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II, Par. 1730. 4^o, p. 126 sqq., HERM. AD. DANIEL l. c. p. 62 sqq., I. A. MÖHLER l. c. p. 267 sqq..

cam ad morum corruptelam (c. 1); ipsos etiam philosophorum principes suis quemque erroribus et vitiis insignes esse (cc. 2. 3). Immerito igitur Christianos odio haberi, quod eiusmodi instituta spernant, quippe verum deum cognoscentes et colentes (c. 4).

Iam in priori parte dogmata christianae religionis interiora apertius exponit, ut praestantiam eius demonstret: itaque pluribus edisserit quid de deo et logo, quid de mundi creatione et corporum resurrectione, quid de hominis lapsu et de lapsus reparandi modo Christiani doceant. Tandem comparat haec instituta cum institutis gentilibus.

Deus primum quidem solus fuit, ita tamen, ut ab aeterno inde *λογικὴν δύναμιν* secum haberet: ex qua postea *λόγος* prodiit ut mundum crearet (c. 5). Haec autem de creatione doctrina confirmat fidem resurrectionis aliquando, post finem mundi, futurae iudicii causa. Ridetur haec doctrina; sed parvi pendunt Christiani, qui, quemadmodum creati sunt quum antea non essent, sic quamvis moriantur revicturos se aliquando confidunt, deo particulas corporum ex elementis colligente (c. 6). — Ut vero studia immortalitatis consequendae commoveantur, disserit scriptor quomodo homo et lapsus sit et ruinas possit sarcire. Ratiocinatio fere haec est. Logos coelestis creavit hominem, ita quidem, ut divini spiritus particeps ideoque immortalis esset; ante eum creavit angelos. Utrique libero arbitrio ornati sunt, ut pro meritis possent remunerari. Postquam autem homo primogenitum angelum secutus a lege divina discessit, mortalis factus est deserente eum spiritu divino. Primogenitus autem

ille angelus effectus est daemones; eiusque sectatores evaserunt daemones (c. 7). His peccati occasio homines fuerunt. Hominiibus enim positiones siderum monstrarunt et sic fatum introduxerunt, cuius ipsi moderatores sub deorum nominibus feruntur (co. 8. 9); deorum transformationes et hominum animaliumque improborum inter sidera consecrationes induxerunt (c. 10). Absurda est ista de fato sententia. Minime fato homines peccarunt sed libere: ab ipsis productum est malum, non a deo; qui vero produxerunt repudiare possunt (c. 11). Quomodo autem id assequantur sic exponit. Duo sunt spirituum genera: anima et spiritus divinus (c. 12). Nequit anima immortalis fieri nisi spiritui coniungatur. Per se enim immortalis non est, sed post mortem simul cum corpore perit et eum eodem resurgit in fine mundi, ita quidem, ut pia anima deinceps beate vivat et impia aeterno cruciatui tradatur. Itaque si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum corpore moriens; cum spiritu autem copulata non caret auxilio, verum eo adscendit quo deducitur ab illo (c. 13). Malto satius est spiritum ducem sequi quam daemones, qui, etsi nunc non moriuntur ut homines, tempore tamen iudicii pari supplicio afficientur atque ipsorum sectatores (c. 14). Danda ergo opera ut animam cum spiritu coniungamus. Nequaquam, ut daemones, spe veniae careamus; sed victi rursus vincere possumus (c. 15). Si vero vincere volumus, cavendum est ne nobis illudant daemones, dum potentiam suam ostentant: vel mali aliquid infligendo, quod quidem potestate spiritus coelestis repellimus (c. 16), vel sanitatem per occultas

dissensiones et per mortuorum reliquias promittendo (c. 17), vel rebus permissis alias vetitas adiungendo; non enim sanant sed hominibus illudunt (c. 18). Pravae cupiditates, quae in ipsis philosophis dominantur, fidem conciliant opinatis daemonum curationibus et praedictionibus (c. 19). Etiam si materiâ adhibitâ curemur, gratiae ea propter deo agenda sunt, ac danda opera ut spretâ materiâ illas spiritûs alas recuperemus, quibus amissis angeli e coelo detrusi et homines e paradiso eiecti sunt (c. 20).

Comparat scriptor cum institutis christianis nugas Gentilium. Ac Christianos, dum deum dicunt in forma hominis natum, minime desipere declarat, sed ipsos Graecos, dum eiusmodi deos colunt qui aut mortales sunt et improbi, aut, si ad physiologiam trahantur, ad nihilum decidunt (c. 21). Tum argute exagitat mimos (c. 22), athletas, gladiatores (c. 23), alia spectacula (c. 24). Neque sales eius effugiunt philosophi, quorum habitum, iactantiam, dissensiones acutis naribus suspendit. Quaerit cur discordes concordibus Christianis ac multo praestantiora docentibus bellum indicant, et cur Thyestae coenae Christianis affingantur, quum eiusmodi facinora deorum exemplis comprobata sint (c. 25). Ridet etiam inanem Graecorum in quaestionibus inutilibus laborem et absurda grammaticae studia (c. 26). Quo tenaciores eiusmodi institutionum Graeci, eo magis vituperandi, dum multo praestantiora crimini vertunt Christianis. His vero mors frustra intentatur, ut suam religionem mentiantur aut nugas Graecorum probent (c. 27). Ne ipsae quidem Graecorum leges probandae, quae mirum in

modum variae sunt, quum eadem deberent ubique esse (c. 28). Addit se, quum haec perspexisset ac forte in sacros Christianorum (V. T.) libros incidisset, omnibus veritatis notis quibus hi libri signati sunt captam christianae religioni nomen dedisse (c. 29), quae sit thesaurus plane inaeestimabilis (c. 30).

Tum in altera parte demonstrat antiquitatem religionis christianae; philosophiam enim Christianorum longe antiquiorem esse Graecorum institutis. Id autem Homeri et Mosis, qui magno plane consensu antiquissimi omnium scriptorum habebantur, instituta comparatione probat.

De Homeri, inquit, aetate variae sunt opiniones; argumento est haec dissensio historias Graecorum recto talo non stare (c. 31). Apud Christianos vero ut nullam gloriae aucupiam ita nulla dissensio: ab eorum doctrina nulla aetas aut conditio excluditur (c. 32). Gentiles rident mulierculas et virgines christianae disciplinae addictas; sed prorsus immerito, quum ipsi meretricium discipuli sint et meretricibus (c. 33) improbisque hominibus statuas posuerint (c. 34). Et ne quis haec falsa esse obliciat, ipse has omnes statuas Romae suismet oculis se vidisse testatur (c. 35). Redit ad Mosen et Homerum, atque illum longe antiquiorem esse ostendit ex scriptoribus chaldaeis (c. 36) et phoenicibus, qui de Mose loquuntur (c. 37), et ex aegyptiis, qui eum tempore Inachi vixisse testantur (c. 38), hoc est annis ante bellum troianum quadringentis, ut patet ex serie regum Argivorum (c. 39). Ergo credendum est potius Mosi quam Graecis (c. 40). Immo scriptores Homero vetustiores superat Moses,

atque iis qui sapientes existimati sunt multo est antiquior (c. 41).

In conclusione (c. 42) declarat se in Assyria natum, primum institutis Graecorum imbutum, deinde rem christianam professum esse, cui se ita dicit adhaerescere ut eam abnegare nefas esse iudicet.

TATIANI ASSYRII
ORATIO AD GRAECOS.

APPENDIX: TATIANI FRAGMENTA.

¹ ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

1. *Μή* ² πάνυ φιλέχθως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὧ ³ P. ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασι. ³ Ποῖον 141
§. 1

1. ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ] Haec est inscriptio in antiquissimo Parisino primo. Caeteri codices inferiori aetate scripti (Aet., Par. 2, Fris.) addunt: ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικόν, ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρησιν ἐσχηκός. *Quod nullum ex institutis quibus Graeci gloriantur graecum est, sed a barbaris inventum.* Vid. Prolegomena. Eadem verba editores quoque titulo adiunxerunt; solus Maranus expunxit: „non enim argumentum huius Orationis comprehendunt, ac instar scholii habentur [ad marg. exordii] in Regio [= Parisino] primo.“ Cum praestantissimo hoc codice Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 101 et Eusebius Hist. eccl. IV. c. 16 (coll. IV. c. 29) consentiunt. Ab Origene c. Cels. I. c. 16 ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος laudatur. — Hieronymus in Catalogo scriptt. eccl. c. 29 reddidit „contra Gentes.“ Itidem, ut duos tantum nostrae aetatis viros afferam, Baumgarten-Crusius (*Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 148) et Neander (*Allg. Gesch. d. chr. Rel. u. Kirche* ed. 2. P. II. p. 1160): „Rede an die Heiden.“ Voce quidem Ἑλλή-

ων, latiori sensu (non de regione sed de religione) usurpata, alieni a vero unius dei cultu sive Gentiles designantur (cf. Suicer. s. v. Ἕλλην): quos omnes Oratio Tatiani respicit. Ita Hellenes Christianis opponuntur, humana sapientia divinae. C. 29: *Sacri Christianorum libri* θειότεροι ὡς πρὸς τὴν Ἑλλήνων πλάτην. Cf. Daniel Tatianus d. Apologet p. 59. Equidem malui „ad (Maran. „adversus“) Graecos“ transferre, quum barbari aperte opponantur. Βάρβαροι enim, ut ad Iustini Apol. I. c. 5. n. 10 iam observavi, vocantur qui non sunt natione Graeci (c. 21), ne Romanis quidem exceptis; qui quum graecas literas recepissent, de barbarorum (incultorum) numero se exemerunt. C. 30: Πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἕλληνας... μηδὲ εἰ βάρβαροι (exteri) λέγοντο etc.. Similiter c. 1 βαρβαρικά φωναί memorantur. C. 28: ὑπὸ βαρβάρων... ὑπὸ Ῥωμαίων. Cf. Gibbon *Gesch. d. Verf. u. Unterg. d. röm. Reichs*, übers. von Schreiter, P. XIV. p. 405 sq. et Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I (Stuttg. 1839) p. 1059 sq.. Itaque sub illo nomine intelliguntur

TATIANI ORATIO AD GRAECOS.

1. Ne infensum omnino animum gerite in barbaros, Graeci, neve invidete eorum placitis. Quod enim apud vos insti-

omnes populi orientales, ut Telmisenses, Cares, Phryges, Isauri, Cyprii, Babylonii, Persae, Aegyptii, Phoenices. C. 1: Ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; Τελμισίων μὲν γὰρ etc.. Cf. Sulzer. v. v. Βάρβαρος. Tum eo imprimis comprehenduntur Hebraei et, qui ex iis prodierunt, Christiani. C. 35: Τατιανὸς... καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. C. 42: Ταῦτα ὑμῖν... ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα. Sic Noster Iudaeorum et Christianorum doctrinam hoc nomine barbaram dicit. C. 35: Διόπερ χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ... τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεκποιησάμην. Mosen c. 31 πάσης βαρβάρου σοφίας principem appellat. C. 12: μὴ ἀναξιοκαθήσητε παρὰ τοῖς βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. Cf. Keil Opuscc. acad. ed. Goldhorn (Lips. 1821) p. 451. Item τὰς βαρβαρικάς γραφάς c. 29 nominat libros Veteris Testamenti: ex quibus βάρβαρον σοφίαν, h. e. τὴν ἡμετέραν (christianam) φιλοσοφίαν (c. 31), re-

pudiatis religionibus se didicisse fateatur. Cf. Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 88 sq.. Etiam Iustinus βαρβάρους (Iudaeos) opponit Ἑλλησιν, id quod Epist. ad Diogn. c. 5. n. 5 animadverti. Pariter Clemens Alex. Strom. II. c. 2. §. 5: Ἡ μὲν οὖν βάρβαρος φιλοσοφία, ἣν μεθέπομεν („d. i. die aus dem Judenthume hervorgegangene christliche Lehre: ἡ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία, wie er auf der folgenden Seite substituirt“), τελεία τῶ ὄντι καὶ ἀληθής. Cf. Redepenning *Origenes* P. I (Bonn. 1841) p. 149, coll. p. 95; idem alios locos p. 141 protulit. De alio vocabuli βάρβαρος usu c. 26. n. 17 adeas.

2. πάνυ] Par. 2 πάντως. — Mox idem δόγμασιν pro δόγμασι.

3. Ποῖον γὰρ... Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν] Haec Clemens Alex. l. c. I. c. 16. §. 74—76 (coll. Euseb. Praepar. ev. X. c. 6) imitatus est. Incipit: Οὐ μόνως δὲ φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ πάσης σχεδὸν τέχνης εὐρεταὶ βάρβαροι. Simili modo Theodoretus De cur. Gr. affectt. lib. I non procul ab initio et Gregorius Naz. in Orat. 3 disputarunt. Cf. Redepenning l. c. p. 141. n. 4. — Kortholt: „Diogenes Laertius in

γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ ⁴ βαρβάρων ἐκτίσατο; ⁵ Τελμισέων μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι τὴν δι' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικὴν, ⁶ Κᾶρες τὴν διὰ τῶν ἄστρον πρόγνωσιν, ⁷ πτήσεις ὀρνίθων Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι, ⁸ Κύ- B
πριοι θυτικήν, ⁹ ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι, ¹⁰ μαγεύειν Πέρσαι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι, τὴν διὰ γραμμάτων παιδείαν Φοίνικες. Ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις εὐρέσεις ἀποκαλοῦντες. ¹¹ Πόησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι. ¹² Τουσκανοὶ πλάττειν, ἱστορίας συντάττειν αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Μαρσίου δὲ καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε. ¹³ Φρύγες δὲ οἱ ἀμφοτέρω τὴν ¹⁴²₂ διὰ σύριγγος ἀρμονίαν ἄγροικοι συνεστήσαντο. ¹⁴ Τυρρῆνοὶ σάλ-

prooemio, quod libris suis de vitis illustrium philosophorum praemisit, omnem movet lapidem ut philosophiam non a barbaris, sed Graecis, initium habuisse demonstrat." Immo Epicurus apud Clementem l. c. c. 15. §. 67 contendit μόνους φιλοσοφῆσαι Ἕλληνας δύνασθαι.

4. βαρβάρων] Par. 2 τῶν βαρβάρων.

5. Τελμισέων . . . μαντικὴν] Clemens: Τελμισεῖς τὴν δι' ὀνείρων μαντικὴν, scil. ἐξεπύνησαν. Cf. Pauly l. c. Tom. II (1842) p. 1121 et Tom. VI (1851) p. 1663. — Pro Τελμισέων, quod ex Par. 1. 2 reposui, caeteri codices msti (Aet., Fris.) et editi Τελμισσέων praebent. Utraque forma Graeci utebantur; cf. Aristophan. Fragm. ed. Bergk (Berol. 1840) p. 270 sqq..

6. Κᾶρες . . . πρόγνωσιν] In Par. 2 post Κᾶρες (sic) articulus τὴν excidit. — Clemens: Εἰσὶν δὲ οἱ Κᾶρες τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν ἐπινενοηκέναι λέγουσιν. Cf. Pauly l. c. Tom. II. p. 1137.

7. πτήσεις . . . παλαιότατοι] Clemens: Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι Φρύγες. . . Ἰσαυροὶ δὲ καὶ Ἀραβες ἐξεπύνησαν τὴν οἰωνιστικὴν. Cf. Pauly l. c..

8. Κύπριοι θυτικήν] Par. 2 πυθικὴν in textu et veram lectionem θυτικήν in marg. habet. Cyprii, ut Pausanias refert, suum exta inspicere et ex iis vaticinari primi omnium coeperunt. Colebant, teste Athenaeo, Iovem Ἐλλαπιναστήν τε καὶ Σπλαγχνοτόμον. Cf. Io. Meursi Cyprus (Amstel. 1675. 4^o) p. 156 sq. — Maranus: „Illam θυτικήν videtur Gregorius [vid. n. 3] non haruspicinam sed victimarum immolationem intelligere. [Cf. Stephan. Thes. gr. ling. ed. Hase, Vol. IV. p. 468.] Ait enim: Τὸ θυεῖν δὲ οὐ παρὰ Χαλδαίων εἶτ' οὐν Κυπρίων; Sed leve est hoc discrimen; sive enim sacrificia in quibus exta inspicuntur, sive ipsa inspiciendorum artorum tribuatur Cypriis, perinde est. At illud mirum est quod Gregorius Chaldaeos hic obtrudat; iis

tutum non a barbaris originem accepit? Nam Telmisensium spectatissimi artem invenerunt per somnia divinandi, Cares praesagium per astra, auspicia Phryges et Isaurorum antiquissimi, Cyprii haruspicinam, astronomiam Babylonii, magiam Persae, geometriam Aegyptii, disciplinam per literas Phoenices. Quapropter desinito inventa dicere quae imitatione expressa sunt. Nam poesim colere et cantare Orpheus vos docuit, idem etiam initiari; Tuscani plasticen, historias conscribere commentarii temporum apud Aegyptios. Marsyae autem et Olympi tibiaram modulationem adscivistis: ambo Phryges, homines agrestes, fistulae concentum invenerunt. Tyrrheni tubam, fabricam aerariam Cyclopes,

praecipue astrologia tribuitur. Clemens nec Cypriis nec Chaldaeis inventae haruspicinae dedecus adiudicat, sed, ut alii fere omnes scriptores, Etruscis, qui huius disciplinae Tagetem monstratorem ferebantur habuisse. Καί, inquit, θουτικήν ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι, Ἰταλλίαν γείτονες. Cf. Pauly l. c. p. 1157.

9. ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι] Deest in Par. 1. 2 et Act. illud ἀστρονομεῖν, pro quo Par. 2 in marg. καὶ offert. Clemens Alex. Protrept. c. 6. §. 70: ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων, scil. μανθάνεις. Cf. Pauly l. c. Tom. I. p. 1035.

10. μαγεύειν Πέρσαι] Cf. Pauly l. c. Tom. IV (1846) p. 1395. — Clemens loc. n. 3 laud. (coll. Protr. l. c.) de Aegyptiis: γεωμετρίας τε αὐτὴ εὐρεταὶ γεγόνασι. Idem de Phoenicibus: Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν.

11. Ποίησιν... μνεῖσθαι] Cf. Pauly l. c. Tom. V (1848) p. 992. 991.

12. Τουσκανοὶ πλάττειν] Cle-

mens: Ἐτι φασὶ Τουσκανοὺς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι. Cf. Heini-chen ad Euseb. Praep. ev. X. c. 6. n. 2. — Annales Aegyptiorum etiam infra c. 38 memorantur; item in Clementis Epist. I ad Cor. c. 25, qui, post narratam de Phoenice fabulam, dicit: Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων καὶ εὐρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι. Cf. Pauly l. c. p. 1556 sq..

13. Φρύγες δὲ οἱ ἀμφοτέροισι] Frustra Gesnerus et Worthus ad maiorem et minorem Phrygiam confugiunt, ut Tatianum explicent. Loquitur de Marsya et Olympo, ambobus Phrygibus et agrestibus. Μαρσάνης. — Clemens: Φρύγες (sc. ἐπενόησαν) αὐλόν· Φρύγες γὰρ ἦσαν Ὀλυμπός τε καὶ Μαρσύας. Cf. Pauly l. c. Tom. IV. p. 1598 et V. p. 928.

14. Τυρρῆνοι σάλπιγγα] Clemens: Τυρρῆνοι σάλπιγγα ἐπενόησαν. Vocabant eam λιγῶν. Cf. Pauly l. c. Tom. VI. p. 609 sq..

πιγγα, χαλκεύειν Κύκλωπες, ¹⁶ καὶ ἐπιστολάς συντάττειν ἢ Περσῶν ποτε ἠγησαμένη γυνή, καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. Καταβάλλετε τοιγαροῦν τοῦτον τὸν τύπον, μηδὲ προβάλλεσθε φημάτων εὐπρέπειαν, οἵτινες, ὑφ' ¹⁶ ὑμῶν αὐτῶν ἐπαινούμενοι, συνηγόρους τοὺς οἴκοι κέκτησθε. Χρῆ δὲ τοῦ νοῦν ἔχοντα τὴν ἀφ' ἑτέρων περιμένειν μαρτυρίαν, ¹⁷ συνάδειν τε καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ. Νῦν δὲ μόνοις ὑμῖν Β ἀποβέβηκε μηδὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν· Δωριέων μὲν γὰρ οὐχ ¹⁸ ἢ αὐτῇ λέξις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἰωσι φθέγγονται. Στάσεως δὲ οὔσης ¹⁹ τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἔχρην, ἀπορῶ τίνα με δεῖ, καλεῖν Ἑλληνα. Καὶ γὰρ τὸ ²⁰ πάντων ἀτοκώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἐρμηνείας τιμήκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι ²¹ συμφύρτην ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ²² ὑμῖν σοφίᾳ, κἄν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν

— De Cyclopiibus cf. Tom. II. p. 814 sq..

15. καὶ... ἦν] Codd. msti et editi συντάσσειν habent pro συντάττειν. Passim fluctuant illi in eiusmodi formis (sic paullo antea συντάττειν omnes praebent); quum vero pluribus locis non σσ sed ττ (cc. 4. 5. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19 etc.) compareat, id constanter recepi. Tum Ἑλλανικός male (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 670) exhibent pro Ἑλλάνικος. — Clemens: Καὶ πρώτην ἐπιστολάς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος, nempe in Περσικοῖς. Fragm. histor. gr. ed. Müller (Par. 1841) p. 68. De Atossa cf. Creuzer. ad Herod. Hist. III. 68 (ed. Bähr.). Haec autem non modum epistolarum scribendarum prima docuit, qui quidem multo illa

regina est antiquior, sed (Galland.) tabularum epistolarum compaginandarum artem invenit, quo commodius a tabellariis deportarentur. Cf. Henr. Dodwelli-Exercitatt. de aetate Phalaridis et Pythagorae (Lond. 1704) p. VIII.

16. ὑμῶν] Sic Aet., Ducasus, Maranus; caeteri ἡμῶν. — Mox ad κέκτησθε Fris. in marg. κέχρησθε.

17. συνάδειν τε] Frustra Gesnerus et Worthus addendum putant τοὺς μάρτυρας: ac testes ipsos inter se consentire. Non testium in dicendo testimonio sed loquentium in sermonis pronuntiatione consensum requirit Tatianus. Hunc enim consensum opponit variis pronuntiandi modis inter Graecos vigentibus. Quamobrem negat eos iure sermonis elegantiam (φημάτων εὐ-

epistolas componere mulier quae Persis olim imperavit, ut ait Hellanicus; Atossa nomen ei erat. Deponite idcirco hunc fastum, neve ostentate verborum elegantiam, qui quidem, dum vos ipsos laudatis, domesticos adhibetis patronos. Oportet autem ut qui sapit aliorum exspectet testimonium, et in ipsa sermonis pronuntiatione cum aliis consentiat. Nunc vero vobis solis contigit ne in colloquiis quidem similes sonos edere; nam Doricorum non eadem dictio est atque Atticorum, neque Aeoles similiter ut Iones loquuntur. Quum autem tantum sit inter eos dissidium inter quos minime oportebat, dubito quem a me oporteat appellari Graecum. Etenim quod omnium absurdissimum est, dictiones vobis non affines in pretio habetis, et barbaris interdum vocibus utentes commixtam efficitis vestram linguam. Quamobrem valediximus vestrae sapientiae, quamvis omnino spectatus aliquis in ea essem. Nam secundum comicum

πρέπειαν) sibi vindicare: primo quidem quia aliorum exspectandum esset testimonium, deinde vero quia eadem pronuntiandi ratio inter Graecos adhibenda esset; aliis enim aliter pronuntiantibus iam statui non posse quinam sint Graeci. Maranus.

18. ἦ] Herold. emisit.

19. τοσαύτης] Aet. τοιαύτης.

20. πάντων] Sic Par. 1. 2 et Aet.; Fris. πᾶν, idque Gesner. (qui veram lectionem notavit) et Herold. praebent. — Monuit Maranum „vir eruditus D. D. de Monseury, Abbas Orbacensis, pro ἐπιμήκατε legendum esse ἠτιμήκατε, spernitis.“ Quam quidem legendi rationem ille necessariam esse non putat, „quia iam satis Tatianus exprobravit Graecis contemptum barbarorum, ut ea res legentium menti haereat, ac Graecos absurdissime facere intelli-

gant, qui non solum inter se variis dialectis discrepant, sed etiam a barbaris quos spernunt vocabula mutuuntur. Illud ergo absurdissimum videtur Tatiano, quod non solum se a suis dirimant Graeci sed etiam cum barbaris coniungant.“ — Clemens Alex. l. c. I. c. 21. §. 142: Φασὶ δὲ οἱ Ἕλληνες διαλέκτους εἶναι τὰς παρὰ σφίσι πέντε, Ἀτθίδα, Ἰάδα, Δωρίδα, Αἰολίδα καὶ πέμπτην τὴν κοινήν· ἀπεριλήπτους δὲ οὖσας τὰς βαρβάρων φωνὰς μηδὲ διαλέκτους ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι.

21. συμφύρτην] Sic scribe pro vulg. συμφύρδην (Par. 1. 2, Aet. — Duc., Maran.) vel συμφέρδην (sic caeteri editt. ex Fris.).

22. ὑμῖν] Sic Par. 1. 2, Aet., Duc., Maran.; caeteri editt. ex Fris. ἡμῖν. — Max ἦν, quod omnes codd.

²³ Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ σταμύλματα,

C

Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

²⁴ Λαρυγγιωσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι, καὶ κοράκων ἀφίενται φωνήν. ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστή-

²⁵ καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον αὐθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶν-
τες. ²⁶ Ποιητικὴν δέ, μάχας ἵνα συντάττητε καὶ θεῶν ἔρωτας δ
καὶ ψυχῆς διαφθοράν.

2. Τί γὰρ ¹ σεμνὸν φιλοσοφούντες ἐξηλέγκατε; Τίς δὲ τῶν πάννυ σπουδαίων ἀλαξονείας ἔξω καθέστηκεν; ² Διογένης, πι- D
θάκνης καυχῆματι τὴν αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, πολύποδος ὠμοβορίᾳ πάθει συσχεθεὶς ἰλέφω διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθηκεν. Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ³ ἀξιοπίστως ἠσώτευσάτο.

msti agnoscunt, a Morello et Wortho male omissum est. Videtur hic Tatianus potissimum artem sophisticam respicere seu rhetoricam, quam statim memorat. Cf. c. 35. n. 1.

23. Ταῦτ' . . . τέχνης] Aristoph. Ran. 92 sq.. Comicus istis verbis, quibus alii quoque scriptores utuntur, inanes castigat poetas. Cf. quae Thiersch (1830) et Fritzsche (1845) ad ea observarunt. — Debebat Tatianus scribere Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι καὶ etc.. Particula καὶ in Aet. deest.

24. Λαρυγγιωσί . . . φωνήν] Haec verba omnes editores, Gesnero et Heroldo exceptis, ad normam versuum (Λαρ. . . ἐφιέμενοι, Καὶ . . . φωνήν) dederunt. Minime vero conveniunt metro. Neque sunt Aristophanis neque alius poetae comici sed ipsius Tatiani, id quod iam Worthus et interpres Campidonensis animadverterunt. — Ταύτης scil. τῆς σοφίας. Pariter Valckenar. in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol.

V. p. 119 retulit. Pro ἀφίενται (frequentius act. ἀφιέναι φωνήν: Astil Lexic. Plat. Vol. I. p. 324) Par. 1. 2 et Aet. ἐφίενται habent. Infra c. 15 appellantur κορακόφωνοι.

25. καὶ πολλάκις etc.] Videtur alludere ad iustum et iniustum sermonem, cuius doctorem Socratem Aristophanes in Nebulis mentitur. Gesnerus. — Pro παριστῶντες Par. 2 παριστῶντες et in marg. παριστῶντες. Hesychius: παριστῶ ἀποδείκνυμι. Raro (c. 33) illud (pro παρίστημι) invenitur; cf. Steph. l. c. Vol. VI. p. 521.

26. Ποιητικὴν δέ] Par. 1 in marg.: κατὰ κοινοῦ τὸ συνεστήσασθε. Nempe συνεστήσασθε communiter (gemeinschaftlich) et ad ῥητορικὴν et ad ποιητικὴν pertinere. Cf. c. 4. n. 4. c. 8. n. 9. — Pro συντάττητε (cf. n. 15) codd. msti et editi συντάσσητε. Fris. in marg. συντάσσησθε. — Pro διαφθοράν Aet. διαφοράν.

1. σεμνόν] Par. 2 σοφόν.

*Haec sunt reiiculi racemi et loquacitas,
Hirundinum musaea, corruptores artis.*

Ac dilatato gutture clamitant istam affectantes, et corvorum emittant vocem. Rhetoricam enim ad iniustitiam et calumniam instituistis, mercede vendentes sermonum vestrorum libertatem et saepe id quod nunc iustum alias haud bonum repraesentantes. Poeticam vero, pugnas ut describeretis et deorum amores et animae corruptelam.

2. Quid enim praeclari philosophando protulistis? Quis ex iis qui praestantissimi fuerunt expers arrogantiae fuit? Diogenes, qui dolii ostentatione de continentia gloriabatur, quum polypum crudum vorasset, morbo correptus intestinorum propter intemperantiam periit. Aristippus, qui veste

2. Διογένης] Morell. Διογένους. Mox Gesner. et Herold. τὸν pro τῆν. Par. 2 ὀμορία pro ὀμοβορία, quod vero in marg. praebet. Galland. συσχεθεῖς pro συσχεθείς. Sic c. 3: ὕδρωπι συσχεθείς. Tu ἄλφ̄ scripseris pro ἄλεφ. Ἰλεος autem sive, id quod rectius se habere videtur, ἰλεὸς (alii εἰλεὸς dicunt) est morbus intestinorum: de quo plura videsis in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. III. p. 237. — Worthus: „De Diogenis Cynici morte variae feruntur sententiae. Hieronymus c. Iovin. II. c. 9 febre perisse eum scribit. Ipsius necessarii (quod notat Antisthenes in διαδοχαῖς apud Laertium) dixerunt eum spiritu continendo animam exhalasse. Sunt et qui comestione crudi pedis bevis, βόδος πόδα φάγοντα, interisse aiunt: Laert. de vitt. philos. VI. c. 2. §. 76. Sed ibi legendum πολύποδα Menagius observat. Et quidem eum ex polypo crudo devorato obiisse praeter Tatianum no-

strum testantur Athenaeus lib. VIII. c. 5 [eum inter ὄψοφάγους recensens] et Iulianus prope initium Orat. VI.“

3. ἀξιοπιστως] I. q. ἀξίως πιστως, ut persuasioni ipsius convenit. Pariter Daniel Tatianus d. Apolog. p. 69 videtur intellexisse, liberius reddens: „Aristippus in seipsum Purpurkleide wusste seine Schwelgerei in ein philosophisches System zu kleiden.“ Cf. Pauly Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss. Tom. I. p. 761. Worthus putat Tatianum ad hanc historiam respicere. Etenim narrat Laertius l. c. II. c. 8. p. 78 „iussisse aliquando Dionysium in convivio ut singuli in veste purpurea saltarent; renuisse id Platonem dicentem: Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλον ἐνδύσαι στολήν. Sumta vero Aristippum se induisse, et cum saltare inciperet dixisse: Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὐδ' ἦ γὰρ σώφρων οὐ διαφθαρήσται“ (Eurip. Bacch. 314 sq.). — Tertullianus

Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου ⁴ διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκειτο. Καὶ Ἀριστοτέλης, ἀμαθῶς ὄρον τῆ προνοία θείας καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκειτο περιγράψας, λίαν ἀπαιδευτῶς ⁵ Ἀλέξανδρον μὴ μεμνημένος μειράκιον ἐκολάκευεν· ὅστις ἀριστοτελικῶς πάνυ ⁶ τὸν ἑαυτοῦ φίλον διὰ τὸ μὴ βούλῃσθαι αὐτὸν ¹⁴³ προσκυνεῖν καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε. Πάνυ γοῦν ἐπιθήτεο τοῖς τοῦ διδασκάλου δόγμασι, τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκίον καὶ ⁷ πάνυ φίλτατον διακείρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ ⁸ ἀποκαρτεροῶν προφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ μισηθῇ. Γελάσαμεν δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ ⁴ καταχρωμένους· οἳ τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονοήτα λέγοντες εἶναι, προσγειώτεροι παρὰ τὴν σελήνην ὑπάρχοντες καὶ κατώτεροι τοῦ ταύτης δρόμου, προνοοῦσι τῶν ἀπρονοήτων· παρ' οἷς δὲ οὐκ ^B ἔστι κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐ ρώμη σώματος, οὐκ εὐγένεια, παρὰ τούτοις οὐκ ἔστι ⁹ παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην τὸ εὐδαιμον. Καὶ οἱ ¹⁰ τοιοῦτοι φιλοσοφείτωσαν.

Apolog. c. 46 locum sic transtulit: „Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.“ Inde Gesnerus quoque istud ἀξιοπίστως reddidit: *utcumque graviter composito vultu*. Sed valde dubitat Maranus an Tatianeam mentem assecutus sit. Aristippus enim „non gravitatem inter voluptates sed iocum potius et lusum adhibebat, ut ex multis eius dictionibus apud antiquos memoratis perspicitur.“ Existimat igitur Tatianum ad dictum Aristippi respicere quod Lactantius Instit. div. III. c. 14 refert: „Illud inter me (sicebat Aristippus) et nepotes interest, quod isti percaro, ego gratis voluptates consequar.“ Unde editor ille censet ἀξιοπίστως idem valere apud nostrum scriptorem ac gratis apud Lactantium. „Locatur ergo in Ari-

stippum Tatianus, eumque libidines gratuito satiasse indicat, cum illum ἀξιοπίστως luxuriatum, id est pretii statim solvendi lege, veluti bonum aliquod nomen, immunem fuisse dicit.“ Sufficit hanc interpretationem memorasse.

4. διὰ γαστριμαργίαν] Herold. διὰ praetermisit. — Mendacium γαστριμαργίας Platonis adversarii protulerunt: repetiit Tatianus deceptus. Vestigiis eius Tertullianus quoque l. c.: „Plato Dionysio ventris gratia venditatur.“ Maranus: „Platonis famae nocuerunt sicalae dapes. Carpit etiam Gregorius Naz. Orat. III sicalam illius voracitatem, ob quam ipse venditur ac ne ab ullo quidem discipulorum, immo nec ab homine grassco redimitur.“ Cf. Ast Platon's Le-

indutus purpurea incedebat, persuasioni convenienter luxuriabatur. Plato philosophus a Dionysio propter heluationem venditus est. Atque Aristoteles, qui inscite terminum providentiae posuit et felicitatem iis rebus quibus delectabatur circumscripsit, nimis contra magistri officium Alexandro adlabatur oblitus adolescentulum eum esse; qui quidem prorsus aristotelice amicum suum, quod nollet ipsum adorare, inclusum instar ursi aut pardi circumferebat. Prorsus certe parebat magistri decretis, fortitudinem et virtutem in conviviis demonstrans, atque familiarem et valde carum hastili transfigens, ac postea plorans seque inedia macerans per simulationem doloris, ne odium familiarium sibi concitaret. Rideo equidem istius etiam nunc decretorum sectatores: qui, quum sublunaria negent providentiâ regi, viciniore terrae quam luna huiusque orbe inferiores, rebus a providentia desertis provident; quibus autem non adest pulchritudo, non divitiae, non robur corporis, non nobilitas, ab iis abest secundum Aristotelem felicitas. Ac tales homines philosophentur.

den u. *Schriften* (Lips. 1816) p. 26 sqq.

5. Ἀλέξανδρον μὴ μεμν.] Editi quemadmodum Par. 1. 2 et Fris. τε pro μὴ inepte habent. Act. Ἀλέξανδρον τε, omisso μεμνημένος. Par. 2 in marg. Ἀλεξάνδρον τιμημένος. Verba λίαν ἀπαιδέυτως vulgo ad περιγράφας referuntur. Πλάτωνα μὴ, quod pro vulg. τε dedi, firmat Tertullianus qui Nostrum libere imitatus l. c. dicit: „Aristoteles . . . turpiter [λίαν ἀπαιδέυτως: ut minime decet magistrum] Alexandro regendo potius [μὴ μεμν. μειράκιον] adulatur.“ — Cotelerius *Monum. eccl. gr.* Tom. III. p. 657 censet legendum τε μεμνημένος μειρ., h. e. furioso ado-

lescenti assentabatur, Maranus τε μὴ μεμνημένος μειρ., adolescentem esse oblitus.

6. τὸν ἑαυτοῦ φίλον] Callisthenem Olynthium.

7. πάνυ φίλτατον] Clitum.

8. ἀποκαρτερωῶν] Act. ἀποκαρτερωῶν.

9. κατὰ] Sic omnes codd. msti. Praepositio saepe ista ratione (= in *Uebereinstimmung*, *gemäss*) cum casu quarto struitur; cf. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. II. p. 444. n. 4 et Weber ad Demosth. Or. in Aristocr. p. 521 sq.. Gesnerus vero coniecit κατὰ, idque Morell., Duc., Worth. textui temere inseruerunt.

10. τοιοῦτοι] Par. 2 in marg.

3. Τὸν ¹ γὰρ Ἡράκλειτον οὐκ ἄν ἀποδειξαίμην, ἑμαυτὸν ἐδι-
 ζησάμην εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον
 Οὐτ' ἄν ἐπαινέσαιμι κατακρύψαντα ² τὴν ποιήσιν ἐν τῷ τῆς Ἀρ-
 τέμιδος ναῶ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἢ ταύτης ³ ἔκδοσις γέ-
 νηται· καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων φασὶν Εὐριπίδην
 τὸν τραγωδοποιόν, κατιόντα καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' **C**
 ὀλίγον τὸ ⁴ Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. Τούτου
 μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος ⁵ διήλεγξεν· ὕδρωπι γὰρ συσχε-
 θείς, ⁶ καὶ τὴν ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις
 τε περιπλάσας ἑαυτὸν, τῆς κόπρου κρατυνθείσης, συνολκὰς τε
 τοῦ παντὸς ἀπεργασαμένης σώματος, σπασθεὶς ἐτελεύτησε. Τὸν **S**
 γὰρ ⁷ Ζήνωνα, διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι
 πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ ⁸ Μέ-

μὲν addit. — Φιλοσοφ.: philosophos se esse gloriantur (Worth.).

1. γὰρ] Par. 2 in marg. δέ. — Mox codd. msti et editi ἑμαυτὸν ἐδιδαξάμην praebent. Sed probe Maranus observavit ἐδιζησάμην legendum esse: „tum quia insulsa prorsus esset et Tatiani salibus indigna haec tautologia: *Heraclitum non probaverim, dicentem Ego me ipsum docui, quia a se ipso doctus erat et superbus*; tum quia memorabile est imprimis illud Heracliti dictum, quod refertur a Iuliano Orat. VI: *Ἐδιζησάμην ἑμαυτόν.*“ Ab aliis quoque refertur, quos Schleiermacher *Museum der Alterthums-Wiss.* Tom. I (Ber. 1808) p. 530 laudavit. Laertius de vitt. philos. IX. c. 1. §. 5: *Ἡρακλέτης (Heraclitus) τε οὐδενός, ἀλλ' αὐτὸν ἑφ' ἑαυτὸν διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ.*

2. τὴν ποιήσιν] Hoc opus Περὶ φύσεως (postea Μοῦσαι) inscriptum fuit. Quum valde obscu-

rum esset, auctor iam a veteribus σκοτεινός cognominabatur. Tatianus quoque paullo post, ad opus illud respiciens, τὸ Ἡρακλείτου σκότος memorat. Cf. Brandis *Handb. d. Gesch. d. griech. - röm. Philosophie* P. I (Ber. 1835) p. 152 sq.. Euripides illud opus Socrati legendum dedit, cuius responsum Laertius retulit l. c. II. c. 5. §. 22. Locum Tatianeum recensuit Schleiermacher l. c. p. 323.

3. ἔκδοσις] Desideratur in Par. 1 et Aet.; sed margini illius adscriptum est prima manu. — Mox Aet. et Par. 2 pro οἷς μ. ἐ. π. τούτων habent οἷς μὲν λ' ἐστὶ περὶ τούτων. Ex quibus emendator in marg. Par. 2 haec fecit: *ἔτεσε τριάκοντα πρὸ τούτων.*

4. Ἡρακλείτου] Par. 1 et Aet. Ἡράκλειτον. Gesner. et Herold. ex Fris. Ἡρακλείτειον.

5. διήλεγξεν] Aet. συνήλεγξας.

6. καὶ etc.] Medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasse

3. Heraclitum enim non probaverim, qui, quum esset a seipso doctus et arrogans, dicebat: *Iipse me investigari.* Nec laudaverim quod carmen in templo Dianae occultaverit, ut postea instar mysterii ederetur; etenim quibus ista curae sunt Euripidem tragicum dicunt, quum eo veniret et legeret, memoriae paulatim Heracliti tenebras diligenter tradidisse. Huius sane imperitiam mors redarguit; aqua enim intercute correptus, quum medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasset, seque stercorebus boum circumlevisset, fimo indurato et totum corpus convellente dilaceratus interiit. Tum minime audiendus est Zeno, qui per conflagrationem pronuntiat eosdem rursus homines ad eadem resurgere, id est Anytum et Meletum ad accusandum, Bu-

dicatur Heraclitus, quia ab illis tenebris, quibus philosophiam demerserat, ne hydropicus quidem factus in consulendis medicis discedere voluit. Nam, ut ait Laertius [IX. c. 1. §. 3], τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐκυνθάνετο εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας ἀνχμὸν ποιῆσαι. — Existimavit Worthus verba σπασθεὶς ἐτελεύτησε [interpres Campid.: kam in Zuckungen um] sic interpretanda esse: *dilaceratus a canibus interiit.* At nequaquam Tatianus dilaceratum a canibus Heraclitum dicit, sed ab illo bovis stercore quod totum corpus convellebat et dilacerabat. Sic etiam apud Tertullianum [ad martyr. c. 4] Heraclitus „se bubulo stercore oblitum exussisse“ dicitur. Idem testatur Hermippus apud Laertium [l. c. §. 4]; nempe Heraclitum, cum pueris iussisset ut se bovis stercore oblinerent, κατατεινόμενον δευτεροαῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Fucum fecit erudite Anglo quod ait ibidem [§. 5] Nean-

thes Cyzicenus Heraclitum, μὴ δυναθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλινα, μείναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι. Sed hoc Neanthis testimonium pugnat illud quidem cum Hermippo de Heracliti sepultura, nequaquam autem de mortis genere; siquidem uterque Heraclitum bovis stercore oblitum periisse memorat, verum alter postridie sepultum dicit, alter a canibus voratum propterea quod agnitus non fuisset. *Maranus.*

7. Ζήνωνα] Maran. Ζηνώνα. Mox pro ἀποφαινόμενον Morell. ἀποφαινόμενοι. — Sententia Stoicorum de conflagratione mundi cc. 6 et 25 accuratius exponitur.

8. Μέλιτον] Sic Par. 1. Caeteri codd. msti pariter atque editi Μέλιτον. Eundem errorem in Iustini Cohort. ad Gent. c. 20. n. 2 correxi. Cf. Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 2. B. et Kaiser Histor. crit. Trag. graec. p. 285. — Mox

λητον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξυνοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλῆα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, παραιτητέον· ὅστις ὅ ἐν τῷ κα- D τὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ κλείνας τοὺς μοχθηροὺς τῶν δικαίων εἰσηγείται, Σωκράτους ἐνός καὶ Ἡρακλέους, καὶ τινων ἄλλων τοιούτων γεγονότων ὀλίγων καὶ οὐ πολλῶν. Οἱ γὰρ κακοὶ ¹⁰ πάνυ κλείους εὐρεθήσονται τῶν ἀγαθῶν. ¹¹ Καὶ ὁ θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν ποιητής, ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρβητουργοῖς καταγινόμενος. Ἐμπεδοκλέους γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἰ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρός ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν, ὅτι μὴ θεὸς ᾧν ¹² τοῦτο παρ' ὀλίγον εἶναι κατεψεύδετο. Γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους ¹³ γρασολογίαν, κατ' τοῦ Πυθαγόρου ¹⁴ τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, κἄν τινες μὴ θέλωσι, τὴν περὶ τούτου μίμησιν. Τίς γὰρ ἂν ἐπι-

ἐπὶ ante τῷ ἀθλεῖν in Aet. omis- sum.

9. ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ] Nullus hic liber Zenonis περὶ τῆς ἐκπυρώσεως aut περὶ τοῦ ὄλου citatur (Worth., Daniel Tatian. d. Apol. p. 241), sed „quod ex illius de conflagratione sententia consequeretur id refellit Tatianus“ (Maran.). — Dein pro Ἡρακλέους Abbas de Monsoury (vid. c. 1. n. 20) existimavit Ἡρακλείτου reponendum esse. Non male. Iustinus Apol. I. c. 46: Καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοὶ εἶσι... οἶον ἐν Ἑλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. — Tum pro τινων Daniel l. c. tacite τῶν scripsit. — Quod sequitur ἄλλων in Par. 2 excidit. — Denique pro ὀλίγων, quod Daniel l. c. omisit, Herold. ὀλίγον habet.

10. πάνυ] Hanc particulam, qua Tatianus libentissime utitur, Mara-

nus ex Par. 1 et Aet. reposuit. Reliqui editores cum Fris. praebabant πάλιν. Par. 2 in marg. πολύ.

11. Καὶ...καταγινόμε.] C. 4: Πνεῦμα ὁ θεός, οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης. Perstringit doctrinam Stoicorum quum de fato tum de ratione disseminata. Cf. quae ad l. c. notavi. Clemens Alex. Protrept. c. 5. §. 66: Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ κατασχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν.

12. τοῦτο παρ' ὀλίγον] Codd. mssli et editi τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν. Quum vero sic sententia claudicet, Maranus levissima mutatione scribendum coniecit τοῦτο παρ' ὀλίγον. „Non enim dicebat Empedocles se deum esse, sed astu consequi voluit ut deus haberetur, ac ea mente in ardentem Aetnam desiluit.

siria ad hospites necandos, et Herculem ad repetendos certaminum labores; qui quidem in hac conflagrationis ratione plures improbos quam iustos inducit, quum unus tantum Socrates fuerit et unus Hercules, et quidam alii eiusmodi non multi extiterint sed pauci. Mali enim omnino plures inveniuntur quam boni. Deus quoque deprehenditur malorum secundum illum auctor esse, et in cloacis et vermibus et nefanda patrantibus versari. Empedoclis porro iactantiam ignis in Sicilia eruptiones coarguerunt, quia, quum deus non esset, parum abfuit quin se deum esse mentiretur. Rideo etiam Pherecydis aniles garritus, et Pythagorae placiti haereditatem, et Platonis, etiamsi nonnullis secus videatur, eius imitationem. Quis autem caninas Cratetis nu-

Quare nihil propius factum est quam ut evanuisse et in coelum translatus esse crederetur. Sed illud commentum nudaverunt crepidae, quas ignis erumpens reiecit." Cf. S. Karsten Philosoph. graec. vett. Heliog. Vol. II (Amstel. 1838) p. 36. n. 95.

13. *γενεολογία*] Scriptor hac voce non ad Pherecydis *Θεογονίαν* (Gesner., Worth.) respicit, sed, ut etiam Scheffer (De natura et constitutione philosophiae italicae ed. Schurzfleisch Vitemb. 1701. p. 12) et Sturz (Pherecydis Fragm., ed. 2. Lips. 1824, p. 14) consueverunt, ad *μετεμψυχώσεως* doctrinam quam ille ad Graecos transtulit. Dicit hanc de animarum migratione sententiam a Pherecyde Pythagoram accepisse et Platonem imitatione expressisse. Addit de Platone nonnullos aliter statuere. „Revera," ut Maranus animadvertit, „sic cla-

boravit Plato in hac illustranda sententia ut illius parens et architectus habitus sit." Idcirco Irenaeus adv. haeres. II. c. 33. § 2 de metempsychosi ac de Platone ita ait: „Ad haec Plato, vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit, quum excusare non posset, oblivionis induxit poculum." Etiam Tertullianus, ad Platonem spectans, de anima c. 23: „Novum," inquit, „elaboravit argumentum, *μαθήσεως ἀναμνήσεως* [Phaed. p. 73. B], id est discentias reminiscencias esse." Utrumque locum Maranus protulit. Cf. Clausen Apologetae eccl. chr. ante-theodos. etc. (Havn. 1817) p. 179. — Articulum *τῆς* ante *περὶ τούτου* Maranus expunxit. Abest quidem ab Aet., sed in caeteris codd. comparet; neque inepte se habet. Sic iungas: *καὶ τῆς τοῦ III. μίμησιν τῆς περὶ τούτου scil. τοῦ δόγματος*. Cf. Matthiae Aesf. *griech. Grammat.* (ed. 2) p. 562.

μαρτυρήσαι ¹⁴ τῇ Κράτητος κυνογαμίᾳ, ¹⁵ καὶ οὐ μᾶλλον παραιτη-
 σάμενος τὴν ἔντυφον τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωττομανίαν ἐπὶ τὸ
 ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; Διόπερ μὴ παρα-
 συρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν ¹⁶ φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανη-
 γύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσιν· κατὰ δὲ ¹⁷ τὸ
 ἐπιελθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Πολλὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐστὶ **Θ**
¹⁸ προσκρούματα· μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον· ἀντιδοξοῦσιν **B**
 δὲ ἑαυτοῖς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς προῦ-
 χοντας. Ἐχρῆν δὲ μήτε ¹⁹ βασιλέας προλήμματι θεραπεύειν ἢ κο-
 λακεύειν τοὺς ἡγουμένους, περιμένειν δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς
 οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται.

14. τῇ Κρ. κυνογαμίᾳ] Codd. msti et editi τῇ Κρ. κοινογαμίᾳ. Iam Worthus observavit κυνογαμίᾳ scribendum esse, duplici ratione ductus. 1^o. Nusquam legimus Cratetem Cynicum κοινογαμίαν, communes nuptias, probasse; at Laertio teste meretrices nonnunquam convitiis insectatus est et unam uxorem Hipparchiam duxit. 2^o. Crates ipse, id quod rem conficit, matrimonium suum κυνογαμίαν vocavit, ut Suidas s. v. Κράτης testatur: Γήμας δὲ Ἰππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν κυνογαμίαν τὸν γάμον ἐκάλεσε. Caninae autem nuptiae erant; nam, referente Theodoreto Graecc. affect. curat. p. 173, Crates τοῦ πάθους ἐπαναστάντος Ἰππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν δημοσίᾳ ἔγημε καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεσεν. Iisdem fere verbis Clemens - Alex. Strom. IV. c. 19. §. 123: Μέμνημαι καὶ Κυνικῆς τινος, Ἰππαρχία δὲ ἐκαλεῖτο ἢ Μαρωνίτις, ἢ Κράτητος γυνή, ἐφ' ἣ καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεστο. Editores, ipse Klotzius, hoc loco κυνογάμια vitiose legunt. Utraque

enim vocis forma occurrit: ἡ κυνογαμία (Suid.) et τὰ κυνογάμια. Pariter ἡ κοινογαμία et τὰ κοινογάμια: Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1717. Maranus: „Gregorius Naz. Orat. XXIII. p. 15 κοινογαμίαν exprobrat Crateti. Sed Elias Cretensis l. c. in suo codice κυνογαμίαν legit; hanc enim potissimum causam affert cur Crates ita noletur, quod in publica schola cum uxore sua corpus miscuerit.“ Ad eundem Cynicum Lactantius respicere videtur, Instit. div. III. c. 15 dicens: „Nam quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit?“

15. καὶ οὐ μᾶλλον] Aet. et Par. 2 καὶ μᾶλλον. — Mox Aet. et Fris. τῶν ὁμοίων αὐτῶν αὐτῷ. Inde Gesner. (errorem notans) et Herold. τῶν ὁμοίων (αὐτῶν) αὐτῷ. — Postea vulgo γλωττομανίαν. Cf. c. 1. n. 15. C. 12 omnes codd. non γλώσσης sed γλώττης habent. — Tum pro ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ (Par. 1) habet Par. 2 ἐπιζητεῖν ἐπὶ τῷ. In marg. ἐπιζητεῖν τὸ. Aet. ἐπιζητεῖν ἐπὶ τὸ. Fris. ἐπὶ

ptias testimonio suo probaverit, ac non potius, reiecto eius similibus arroganti linguae furore, ad id quod vere bonum est inquirendum se convertet? Quare non abripiant vos philosophorum qui philosophi non sunt coetus solemnes: qui quidem secum ipsi pugnant; ut quaeque res in mentem venerit ita eam quisque effutivit. Multae autem etiam apud eos sunt offensiones: odit enim alter alterum; aemulis inter se opinionibus certant, propter arrogantiam loca eligentes praestantia. Oportebat vero ut neque principes anticipatis officiis colerent neque proceribus assentarentur, sed expectarent donec magni ad eos veniant.

τὸ ζῆτεῖν ἐπὶ τὸ. Inde Gesner. et Herold. ἐπὶ τὸ ζῆτεῖν (ἐπὶ) τὸ. — Denique ad τρέφεται Fris. in marg. τρέφαι.

16. φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων] Illud καὶ (et tamen, „und doch“) per se offensionem non habet. Marano delendum videtur, ne griphi deformetur elegantia. „Erit enim elegantius si legas ut apud Clementem Alex. ἀκουσὸν μῦθον οὐ μῦθον [de div. serv. §. 42] et ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες“ [Protrept. c. 1. §. 3]. Inde a Daniele l. c. p. 44 praetermissum est. Magis vere placet quod Thirlbuis in edit. Iust. Apoll. et Dial. p. 120 proposuit: φιλοσόφων (eorum qui strepitus amant vel faciunt) καὶ οὐ φιλοσόφων. Id enim bene quadrat ad ἔργον γλωττομανίαν antea memoratam et ad verba quae sequuntur κατὰ δὲ τὸ ἐκλιθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Pariter Iustinus Apol. II. c. 3: ... ὑπὸ Κρίσκωντος τοῦ φιλοσόφου καὶ φιλοκόμου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα. Caeterum Tatianus hic minime solum Crescentem (c. 19), ut Corp. Apoll. Vol. VI.

Worthus censet, sed generatim perstringit philosophos.

17. τὸ] Deest in Aet. — Deinde Fris. (cum eoque Gesner. et Herold.) ἐκπεφώνηκε et in marg. ἐκπεφώνηκε. Cf. c. 33. n. 14.

18. προσκρούματα] Morell. προσκρούματα. Par. 2 ἐπιπροσκρούματα. — Postea pro ἐαυτοῖς (Par. 1 et Aet.) editores, exceptis Ducaso et Marano, αὐτοῖς exhibent.

19. βασιλείας] Sic Par. 1 et 2; sic etiam Morell., Duc., Worth., Gesneri coniecturam secuti. Caeteri editores, ut Aet. et Fris., βασιλείας (imperia, h. e. imperantes). Fortasse τοὺς βασιλείας legendum est. Mox enim τοὺς ἡγουμένους et οἱ μεγιστᾶνες. Facile potuit excidere illud τοὺς ob similitudinem syllabae praecedentis. — Par. 2 et Fris. non προλήματι (Aet.; Morell., Duc., Maran.) sed προλήματι (sic reliqui editt.) habent. Veram lectionem Par. 1 indicavit, qui προσλήματι praebet. — Particula ἢ ante κολακυσίην in Aet. desideratur. — Vox μεγιστᾶνες (dialecto alexandri-

4. Διὰ τί γάρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγκρούειν βούλειθε τὰς πολιτείας¹ καθ' ἡμῶν; Καὶ εἰ μὴ τοῖς² τινῶν νομίμοις συγχρῆσθαι βούλομαι, τίνος χάριν καθάπερ μισρώτατος μεμίσημαι; ³ Προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς; Ἐτοιμος παρέχειν. ⁴ Δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; Τὴν δουλείαν C γινώσκων. Τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον, φοβητέον δὲ μόνον τὸν θεόν· ὅστις ἀνθρωπίνους οὐκ ἔστιν ὀρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνη περιληπτὸς. Τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελυόμενος οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ⁵ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. ⁶ Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος ἄναρχος ὢν καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὄλων ἀρχή. ⁷ Πνεῦμα ὁ θεός, ⁸ οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστῆς· ἀόρατός τε καὶ ἀναφής, αἰσθητῶν καὶ ἀοράτων αὐτὸς γεγονώς D

nae propria: Sturz De dial. maced. p. 182 et Lobeck ad Phryn. p. 197) spectat ad βασιλέας (qui dominium habent) et ad ἡγουμένους (qui auctoritate pollent).

1. καθ' ἡμῶν] Sic Maranus cum Par. 1. 2 et Aet.; idem iam Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Biogn. p. 111) coniecit. Caeteri editores cum Fris. καθ' ἡμᾶς.

2. τινῶν] Ita codd. msti. Gesnerus praeter necessitatem ὑμῶν coniecit legendum: id quod Morell., Duc., Worth. textui inseruerunt.

3. Προστάττει . . . παρέχειν] Iustinus Apol. I. c. 17: Φόρους δὲ . . . πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ etc..

4. Δουλεύειν etc.] Par. 1 in marg.: κατὰ κοινοῦ [c. 1. n. 26] τὸ προστάττει. — Ad sententiam quod attinet, cfr. Iustinus I. c.: Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνου-

μεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Theophilus ad Autol. I. c. 11: Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ· θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν etc.. Τὸν δὲ βασιλέα τίμα εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Tertullianus ad Scapul. c. 2 et Apolog. c. 30 sqq.. — Ad verba Τὴν δ. γινώσκων animo supple ex praecedentibus δουλεύω καὶ ὑηρετῶ. De hoc participii usu disputarunt Hermannus ad Viger. (ed. 4) p. 768. 774 et Matthiae Ausf. gr. Gramm. p. 1093 sq.. Duo codd., Par. 2 et Fris., in marg. praebent emendationem γινώσκω, quae a Stephano (l. c. p. 110) probata et a Ducaeo in oratione posita est.

5. ἀχάριστος] Fris. ἀκάριστος

4. Carnam, Graeci, sicut in pugilatu vultis instituta [aliorum] in nos incitare? Ac si quorundam institutis uti nolo, cur tamquam scelestissimus odio habeor? Iubet tributa pendere princeps? Paratus sum solvere. Servire dominus et ministrare? Servitatem agnosco. Homo enim ut hominem decet colendus est, solus autem deus metuendus: qui quidem humanis non potest cerni oculis, non arte comprehendi. Hunc solum negare si iubeam non parebo, sed moriar potius, ne mendax et ingratus deprehendar. Deus noster non esse coepit in tempore, quum solus sine principio sit et ipse universorum principium. Spiritus est deus, non pervadens materiam, sed materialium spirituum et figurarum quae in materia sunt opifex: et visu et tactu indeprehensus, quippe quum ipse sensibilium et invisibilium ex-

(sic Gesner. quoque et Herold.) et in marg. ἀχάριστος.

6. Θεός . . . ἀρχή] Clemens Alex. Strom. IV. c. 25. §. 164: 'Ο θεός δὲ ἀναρχος, ἀρχὴ τῶν ὄλων παντελής, ἀρχῆς ποιητικός. Tertullianus c. Marc. I. c. 8: „Deus tam alienus ab initio et fine est quam a tempore, arbitro et metatore initii et finis.“

7. Πνεῦμα ὁ θεός] Coll. Ioann. 4, 24. — Fragm. Clementis ap. Galland. Biblioth. vett. Patr. Tom. III. p. 159: Τί θεός; Θεός ἐστίν, ὡς καὶ ὁ κύριος λέγει, πνεῦμα.

8. οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης] Pro διήκων (Par. 1. 2 — Duc.) Gesner. (ex Fris.), Herold., Maran. διήκων (sic) dederunt; Morell. et Worth. διήκων. Scholion in marg. Par. 1: Οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, εἰσὲν κατ' ἐμφυσίαν, ἵνα ἢ μὲν ὕλη ἢ ἄτε σῶμα, τῆς δὲ ψυχῆς [ὁ θεός] λόγον ἐπέχη· ἀλλὰ

δημιουργικῶς πάντα συντάσσει καὶ διακοσμῶν. Non permeans materiam, per modum animationis, ut materia sit quasi corpus, deus vero rationem animae habeat; sed tamquam materiae opifex omnia gubernans et ordinans. C. 3 (n. 11): Καὶ ὁ θεός κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν (Zenonem) ποιητής, ἐν ἀμάροις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρόη-τουργοῖς καταγινόμενος. Daniel Tatian. d. Apol. p. 177: „Peta- vius' Vorwurf (Theol. Dogm. de Deo I. c. 3. §. 5) „Deo certos limites constituit, dum illum materiam permeare negat“ ist ganz ungerecht. Der Apologet läugnet nicht die Allgegenwart und Allwirksamkeit Gottes, sondern streitet nur gegen die pantheistische Lehre des Stoicismus, nach welchem der λόγος, die bestimmende Vernunft in allen Naturgestalten verbreitet, der Wirksamkeit aller zum Grunde liegt.“

πατήρ. ⁹Τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνά-
 μως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. Δη-
 μιουργίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένην χάριν ¹⁰ἡμῶν προσκυνεῖν
 οὐ θέλω. Γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοὺς
¹¹ἐμοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω; Πῶς δὲ ξύλα καὶ λίθους θεοὺς
 ἀποφανοῦμαι; ¹²Πνεῦμα γὰρ τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον ἔλαττον
 ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος· ὅπερ δὲ ψυχῇ παρωμοιωμέ-
 νον οὐ τιμητέον ἐπ' ἴσης τῷ τελείῳ θεῷ. Ἄλλ' οὐδὲ τὸν ἀνω-
 νόμαστον θεὸν δωροδοκητέον· ¹³ὁ γὰρ πάντων ἀνευδεής οὐ δια-
 βλητέος ¹⁴ὑφ' ἡμῶν ὡς ἐνδεής. Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ
 ἡμέτερα.

5. ¹Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρει-

9. Τοῦτον . . . καταλαμβανόμεθα] Coll. Roman. 1, 20.

10. ἡμῶν] Par. 2 ὑμῶν. Caeterum nota usum voculae χάριν, quippe genitivo antepositae, ut cc. 6. 7. 19 (χάριν δὲ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως). 21 (bis). 23 (bis). 34. Idem usus apud alios posterioris aetatis scriptores deprehenditur sequente infinitivo cum articulo. Cf. Justin. Dial. c. Tr. c. 65 et Polyb. V. cc. 64. 88. 103. Interdum vero etiam Tatianus vulgarem regulam servat, ut supra: τίς χάριν, et cc. 1. 18. 33. 34.

11. ἐμοὺς] Hanc vocem Ducaeus et Maranus ex Par. 1 apposuerunt: caeteri omiserunt.

12. Πνεῦμα . . . θεῷ] Scholion in marg. Par. 1: Πνεῦμα τὴν δημιουργικὴν ἐξιν ἀκουστέον νῦν εἰ-
 τουν δύναμιν, ἣν τῇ ὕλῃ ἐγκατα-
 σείρας θεὸς τὰς διαφόρους ἐν
 τῷ ὄρατῷ τούτῳ ἀπετέλεσε φύσεις,
 ζώων χειρσαίων, ἐνύδρων, πτηνῶν,
 ζωοφύτων, φυτῶν. Per spiritum
 intelligimus habitum creativum si-

ve potentiam, quā materiae insertā deus varias in hoc orbe visibilis produxit naturas, animalium terrestrium, aquatiliū, volatiliū, plantanimalium, vegetabiliū. — Pro ὅπερ δὲ Aet., Par. 2, Fris. (pariter Gesner. et Herold.) ὅπερ δὲ habent.

13. ὁ γὰρ . . . ἐνδεής] Coll. Actt. apostt. 17, 25. — Dii Gentilium c. 10 δωροληπτὰι vocantur. Cf. Daniel l. c. p. 147 sq..

14. ὑφ' ἡμῶν] Gesner., Herold., Worth. cum Fris. ὑφ' ὑμῶν. Aet. ὑφ' ἡμῶν.

1. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ etc.] Coll. Ioann. 1, 1 sqq.. — Scholion in marg. Par. 1: Ἐοικεν οὗτος ὁ ἀνὴρ μὴ πάνυ ἀπηλλάχθαι τῆς Ἀρειανικῆς ἐρεσχελλίας. Ὁργανικὸν αἰτιον ὑφιστά [sic — coll. c. 1. n. 25] τὸν υἱὸν ἐν οἷς φησι· Καθ' ὅσα δύν., ὁρ. τε καὶ ἀορ. αὐτ. ὑπ. ἦν ἡγουν οὐσίω-
 σις, σὺν α. τὰ πάντα· σὺν αὐτῷ διὰ λογ. δυν. αὐτ. κ. ὁ λόγος . . . τοῦ πατρὸς γί-

- Theagenes Rheginus** 120. n. B.
- Thebarum tyrannus Bacchus** 38. A.
- Theodotus historicus** 144. C.
- Thersites agminis ductor** 128. D. Loquax ob imperitiam, calvo et acuto capite 128. D. Loquacissimus 112. C.
- Thesauri divitis domini** 116. D.
- Thespieae** 92. D.
- Thyestes Argivorum rex** 148. B.
- Tibia inventa a Marsya et Olympo** 5. n. 13.
- Tlepolemus, Herculis filius, ad bellum troianum profectus** 156. D.
- Tragici cuiusdam fragmentum** 41. n. 23.
- Transformatio hominum** 44. C.
- Tributa pendunt lubenter Christiani** 18. B.
- Triopas Argivorum rex** 148. A.
- Triptolemi agricultura** 42. A. 152. D.

Troia capta anno regni Agamemnonis decimo octavo 148. B.

Tros 140. A.

Tuba inventa a Tyrrhenis 5. n. 14.

Turnus statuarius 136. A.

Tuscani plasticam invenerunt 5. n. 12.

Tyndaris 48. A (n. 17).

Tyrrheni tubam invenerunt 5. n. 14.

U.

Ungues ferinos circumferunt philosophi 102. B.

Urbs magna = Roma 84. n. 5.

Ursa Callistus 42. A.

V.

Vates aquam pota vaticinatur 87. n. 16. Item adhibito thure 87. n. 17.

Veneri si quid est in natura, id supervenit propter peccatum 88. D (n. 4).

Venus impudica 36. C. Cum ea Mars moechatus 134. D.

Victoria buculae imposita 132. A.

Virgines Christianorum exagitantur a Gentilibus 128. D. Inter cola pronuntiant scripturae sacrae oracula 130. C.

Vulcanus utrimque claudus 38.

A. Minervae virilitatem eripuit

38. D. Opifex fibularum 38. A

(n. 15). His ornamentis illam de-

cepit 38. A. Eius ex Minerva

filius 38. D.

Z.

Zeno per conflagrationem docet eosdem homines ad eadem resurgere 12. C (n. 7). Plures inducit in conflagratione improbos quam iustos 14. D (n. 9). Deum auctorem mali facit et in cloacis versari eum docet 14. n. 11. Eum corpus esse dicit 104. n. 11.

Zenodotus grammaticus 120. C (n. 19).

Zephyrus Hyacinthum occidit 40. B.

Zodiaci circuli descriptio opus deorum (daemonum) 42. C (n. 6). Vid. *Animalia*.

III. Index locorum.

1. Scriptorum sacrorum.

	Genesis.			Ioannis.
1, 3.	Fragm. VI. n. 2.	4, 24.		c. 4. n. 7.
—	— VII. n. 2.			
1, 31.	c. 17. n. 17.	17, 18.		Actuum apostolorum.
3, 1.	c. 7. n. 10.	17, 25.		c. 6. n. 3.
				c. 4. n. 13.
	Iudicum.			Ad Romanos.
16, 17.	Fragm. VI. n. 6.	1, 20.		c. 4. n. 9.
	Psalmorum.	7, 15.		c. 11. n. 11.
8, 5.	c. 15. n. 20.			I. ad Corinthios.
	Iesaiæ.	2, 14.		c. 15. n. 15.
50, 9.	Fragm. II. n. 2.	3, 16.		c. 15. n. 10.
	Amosi.	7, 5.		Fragm. I. n. 1.
2, 12.	Fragm. X. n. 1.	15, 22.		— V. n. 2.
	Sapientiae.			Ad Galatas.
2, 23.	c. 7. n. 2.	6, 8.		Fragm. III. n. 2.
	Matthæi.			Ad Ephesios.
6, 19.	Fragm. II. n. 1.	6, 13. 14. 17.		c. 16. n. 12.
6, 24.	— I. n. 4.			Ad Colossenses.
13, 44.	c. 30. n. 4.	1, 15.		c. 5. n. 3.
22, 30.	Fragm. II. n. 4.			Ad Titum.
	Lucae.			Fragm. XI. n. 2.
6, 25.	c. 32. n. 6.			Ad Hebraeos.
	Ioannis.	1, 3.		c. 15. n. 16.
1, 1 se.	c. 5. n. 1.			Apocalypsis.
1, 3.	c. 19. n. 22.	(21, 4. 22, 5)		c. 20. n. 9.
1, 5.	c. 13. n. 5.			

2. Scriptorum profanorum.

Orph. Fragn.	—	c. 8. n. 18.
Homer. Odyss. 8, 326.	—	c. 8. n. 5.
— Iliad. 1, 599.	—	c. 8. n. 5.
— — 2, 6.	—	c. 21. n. 4.
— — 2, 372.	—	c. 19. n. 15.
— — 18, 401.	—	c. 8. n. 15.


Solon. Eleg.	—	c. 35. n. 7.
Heraclit. Fragm.	—	c. 3. n. 1.
Aristophan. Ran. 92 s.	—	c. 1. n. 23.
Callim. Hymn. in Iov. 8 s.	—	c. 27. n. 6.
Ptolem. Mend. Fragm.	—	c. 38. n. 6. 7.
Apion. Fragm.	—	c. 38. n. 7.
Tragici inc. Fragm.	—	c. 8. n. 23.
Plutarch. v. Thes. c. 1.	—	c. 20. n. 8.
Iustin. Mart. Fragm.	—	c. 18. n. 10.

3. Loci quibus alii scriptores usi sunt.

Athenagoras de resurr. c. 8.	—	e. 6. n. 7.
Tertullianus Apol. c. 46.	—	c. 2. n. 3. 4. 5.
— c. Prax. c. 5.	—	c. 5. n. 2.
Clemens Strom. I. c. 14. §. 65.	—	c. 41. n. 27. 28.
— I. c. 16. §. 74 — 76.	—	c. 1. n. 3 ss.
— I. c. 16. §. 79.	—	c. 41. n. 23. 25.
— I. c. 16. §. 80.	—	c. 41. n. 26.
— I. c. 17. §. 87.	—	c. 40. n. 3.
— I. c. 21. §. 101.	—	c. 38. n. 3.
— I. c. 21. §. 102.	—	c. 38. n. 9.
— I. c. 21. §. 102.	—	c. 39. n. 14.
— I. c. 21. §. 103 s.	—	c. 39. n. 15.
— I. c. 21. §. 114.	—	c. 37. n. 5.
— I. c. 21. §. 117.	—	c. 31. n. 20 ss.
— I. c. 21. §. 121.	—	c. 36. n. 11. 12.
— I. c. 21. §. 129.	—	c. 41. n. 31.
— I. c. 21. §. 131.	—	c. 41. n. 14. 17. 18.
Eusebius Praepar. evang. X. c. 11.	—	c. 31. n. 1. c. 36. n. 1.
— Histor. eccl. IV. c. 16.	—	c. 18. n. 10.
—	—	c. 19. n. 4.
— Chron. c. a. m. 4090.	—	e. 31. n. 20.

Addenda et emendanda.

P. 18. n. 4 ad sententiam comp. c. 11: Δούλος ἐάν ᾧ, δουλείαν ὑπομένω. — P. 23. n. 3. v. 8 verbo προπηδᾶν adde: cui mox respondet χωρεῖν atque infra προέργεσθαι et γεννᾶσθαι. — P. 40. v. 1 p. μυστηρια l. μυστήρια. — P. 48. n. 13. v. 1 p. c. 10 l. supra. — P. 53. v. 10 sq. p. constructionem et universum opus l. machinam et quodvis [in ea] opus. — P. 57. n. 16. v. 10 p. (cf. c. 7. n. 7) l. (cf. c. 7. p. 146. D, σὺν αὐτῷ, coll. n. 7). — P. 77. v. 1 p. igni l. igni aeterno. — Ibid. v. 15 sq. p. quidquam efficiunt l. efficaces sunt. — P. 84. v. 11 p. τῆν l. τῆς. — P. 86. v. 13 dele comma post μάλισται. — P. 93. v. 1 p. convicium l. convitium. — P. 98. v. 11 verba διὰ σχημάτων Maranus perperam interpretatus est „per gestus.“ — P. 115. v. 14 p. hanc l. haec. — P. 135. v. 8 p. pueros l. liberos. — P. 151. v. 10 p. Priopae l. Triopae. — P. 157. v. 1 p. Sybilla l. Sibylla.



BR
60
.091
1876

**ATHENAGORAE
PHILOSOPHI ATHENIENSIS
OPERA.**

**AD OPTIMOS LIBROS MSS.
PARTIM NONDUM COLLATOS RECENSUIT
SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT
INDICES ADIECIT**

**IOANN. CAROL. THEOD. OTTO
IENENSIS**

**PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, IN CAES. REG. FACULTATE
EVANGELICO-THEOLOGICA VINDOBONENSI PROFESSOR P. O., SO-
CIETATUM LATINAE IENENSIS, HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIE-
SIS, CHRISTIANAE STATISTICAE BEROLINENSIS, HAGANAE PRO VIN-
DICANDA RELIGIONE CHRISTIANA SODALIS.**

CUM DUOBUS SPECIMINIBUS CODICUM MANUSCRIPTORUM.

**IENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCLVII.**

BR

60

1091

1876

Paroimologu
Hase
8-10-25
30862

PRAEFATIO.

Tertium nunc saeculum decurrit, ex quo Athenagorae *Supplicatio pro Christianis* primum typis descripta est, una cum eiusdem tractatu *De resurrectione mortuorum* aliquot annis ante in lucem prolato. Inde in hunc scriptorem, caeteros saeculi secundi apologetas quum mente philosophica omnigenaque eruditione tum expolito dicendi genere longe superantem, multi viri literati operam suam impenderunt. Sed editio adhuc desiderabatur quae textum qui dicitur ad fidem optimorum codicum manu scriptorum emendaret atque lucis plus sententiis afferret. Equidem studui efficere ut rectius legatur ille ac melius intelligatur.

Omnia emendandi Athenagorae subsidia in meum usum contuli. Qua in re liberaliter a viris clarissimis doctissimisque, quum bibliothecas ipsas adire non contingeret, pro singulari eorum tum erga literas tum erga me amore sum adiutus. Non possum quin **Carolo Benedicto Hase**, in parte Bibliothecae Imperatoriae Parisinae codices manu scriptos com-

plectente conservatori, Ioanni Georgio Kra-
 binger, Bibliothecae Regiae Monacensis praefecto,
 Eduardo Cunitz, Theologiae doctori in Acade-
 mia Argentoratensi, Davidi Davis, Baccalaureo
 Artium Eveshamiensi, nunc Nordovici ministro verbi
 divini, pro insignibus in meam Athenagorae editio-
 nem meritis gratissimum animum palam profitear.
 Gratias etiam ago maximas L. B. Wolfgango de
 Goethe, Camerario Magniducali Saxo - Vimariensi
 et Secretario Legationis Regiae Borussicae in urbe
 Roma, qui per viros eruditissimos Henricum
 Brunn et Carolum Lorentzen Phil. DD. multa
 de Romanis Athenagorae codicibus mecum communi-
 canda curavit, et Henrico Eduardo Kaiser,
 Gymnasii Bregensis professori, qui Lubanensis codi-
 cis exemplum mihi misit.

Fabulam eroticam ego curare non debui. Ete-
 nim sub Athenagorae Philosophi Atheniensis nomine
 prodiit gallice, tamquam e graeco conversum, opus
 tributum in libros decem *de vero et perfecto amore*,
 sive de castis amoribus Theogenis et Charidis, Phe-
 recydis et Melangeniae. Inscribitur sic: „Du vray
 et parfait Amour, écrit en Grec par Athénagoras
 Philosophe Athénien; contenant les Amours honnê-
 tes de Théogenes et de Charide, de Phérécides et
 de Mélangénie: traduit du Grec d'Athénagoras, par
 Martin Fumée Seigneur de Génillé. À Paris chez
 Michel Sonnius 1599.“ 12^o; denuo „chez Dan. Guil-

lemont 1612.“ 12° *). Hoc certe opus sollerter inventum est, artificiose pertextum, praeclaris ethices praeceptis illuminatum, magna iucundissimarum imaginum sapienter dispositarum varietate condecoratum. Interpres Fumaeus, qui codicem graecum a Lamanaeo, protonotario cardinalis d'Armagnac, accepisse se testatur, non dubitat auctorem esse illum Athenagoram cuius Apologia pro Christianis et liber De resurrectione mortuorum exstet. At, quod quidem hodie inter omnes constat**), opus istud inferiori aetate, saltem post oppressum a Turcis graecum imperium, confectum est. Non tantum fraudem scite aperuit, sed etiam Fumaeum ipsum fuisse callidum operis spurii architectum M. V. La Croze in Epistola ad I. C. Wolfium (Thesauri epistolici Lacroziani Tom. III, Lips. 1746. 4°, p. 249 sqq.) copiose demonstravit. Cf. I. A. Fabricius Biblioth. gr., ed. Harles., Vol. VII. p. 98 sqq., J. Dunlop The History of Fiction, Edinb. 1816, Vol. I. p. 113 sqq. (Aus d. Engl. übertragen und vielfach vermehrt von F. Liebrecht, Berol. 1851, p. 36 sqq.), F. Schöll Geschichte d. griech. Literatur, Berol. 1830, Tom. II. p. 519.

*) Epitomen praebet „Bibliothèque universelle des Romans,“ à Paris, Aoust 1775, p. 5 — 52.

**) Solus Baumgarten-Crusius Lehrbuch der christl. Dogmengeschichte P. I. (Ien. 1832) p. 174, a Caveo deceptus, dubitanter loquitur: „Sein mystischer Roman (die wahre Liebe), in franz. Sprache allein gedruckt, ist zu wenig gekannt und die Quelle, aus welcher er herausgegeben worden, zu apocryph, als dass man über dieses, übrigens merkwürdige, Buch urtheilen könnte.“

Nonnulli viri eruditi de libris duodecim Athenagorae *Ἐπὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν* somniarunt, nimirum auctoritate decepti Centuriatorum Magdeburgensium. Cf. A. P. Leys er Diss. de Athenagora Atheniensi philosopho christiano, Lips. 1736. 4^o, p. 47 sq.

Novae Iustini et Tatiani editiones a me adornatae et in Germania et extra eam, etiam in America septentrionali, viris doctis probatae fuerunt, vel maxime iis qui aut similia opera moliti sunt aut sciunt quantum in iis desudandum sit. Ut hunc anum nominem, honorificentissimum de illis editionibus meis (h. e. Corp. Apologg. Vol. I—VI) tulit iudicium supra memoratus Car. Ben. Hase, vir doctrina nomineque illustrissimus et in hoc studiorum genere excellentissimus: „Journal des Savants“ (Par.) 1852. p. 619 sqq. 1853. p. 182 sqq. 363 sqq.

Iam depeculatus est quidam editor mercenarius meam Apologetarum editionem: valde opto ut istiusmodi facinoris ne successor existat.

Vindobonae m. Iunio a. MDCCCLVI.

Dr. Carolus Otto.

PROLEGOMENA
IN
OPERA ATHENAGORAE.

- I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.**
 - II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.**
 - III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.**
 - IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.**
 - V. DE ATHENAGOREA DITIONE.**
 - VI. ARGUMENTA OPERUM.**
 - VII. DE INSCRIPTIONE ET AETATE SUPPLICATIONIS.**
-

I. De huius editionis ratione.

Textus utriusque operis Athenagoræ, et *Προσβείας* *περὶ Χριστιανῶν* et *Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν* *), a me constitutus est secundum optimum venerandae antiquitatis codicem Parisinum n. 451, meae editionis gratia denuo perlustratum. Caeteros vero codices, inter quos Parisinus n. 174 et Argentoratensis, quo nullus adhuc editor usus est, aetate virtuteque excellent, censui neutiquam negligendos esse. Plerumque enim unus eorum alterve, ad quos Lubanensis et Monacensis pertinent nunc primum in meum usum collati, testimonio suo auctoritatem auxit Parisini primo loco collocati: passim emendatiora praebuere. Aliquot locis, ubi nullam quae satisfaceret in codicibus mstis lectionem inveni, coniecturam sive ab aliis prolatam sive a me excogitatam, quam rationibus prudenter subductis iuxta codicum vestigia pro vera lectione habere liceret, haud dubitavi textui inserere. Interpunctionem vulgatam diligenter emendavi; permultas sustuli parentheseos notas, quibus editores Athenagorae verba inquinarent. Capita orationis Maraniana servavi; praeterea margini paginas

*) Ita titulum optimorum codd. mstorum auxilio reposui pro vulg. *Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.*

litterasque usitatissimae editionis Morellianae apposui.

A d n o t a t i o, qua Athenagoram adornavi, critica est et exegetica, quemadmodum in meis Iustini ac Tatiani editionibus. Criticae ea ratio est ut diversas codicum manu scriptorum, partim nunc primum collatorum, scripturas et virorum doctorum measque coniecturas contineat: unde cuivis facile sit historiam *κρίσεως* nostri scriptoris perspicere. In exegetica autem eam viam tenui, ut accurata interpretatione utrumque librum instruerem, quum aliorum observationes (quotquot memoratu dignae erant)* tum novas meas proponens. — Scholia praestantissimi codicis Parisini n. 451, haud indigna omnino quae publici iuris fiant, nunc primum prodeunt, una cum scholiis Parisini n. 174 integris.

V e r s i o Supplicationis pro Christianis est Gesneriana, innumeris locis a Marano pariter atque a me emendata; in tractatu De resurrectione mortuorum Maranianam secutus sum. Propemodum effeci ut utriusque libri translatio fere nova videri posset.

I n d i c e s et verborum notatu dignorum et rerum memorabilium et locorum e sacris ac profanis scriptis citatorum diligentissime confeci, ut in meis Iustini et Tatiani editionibus.

Ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas (= n.) laudavi, altera usus sum editione.

*) Inter recentiores commentationem scripsit Theod. Adr. Clarisse: De Athenagorae vita et scriptis et eius doctrina de religionis christianae capitibus. Lugd. Bat. 1819. 4^o.

II. De codicibus manuscriptis.

Inter septendecim codices *Προσβείας περὶ Χριστιανῶν* collatos antiquissimi, h. e. saeculi decimi ineuntis et undecimi, praestantissimique sunt Parisini 1 et 2: ad quos Argentoratensis saeculi decimi tertii accedit. Reliqui sunt inferiori aetate scripti: saeculo decimo quinto (Sirl. Vat. Ottob. 1. 2. Lub. Petr. Bodl. 1. 2) sextove (Mon. Par. 3. Clar. Aet. Bon.); alterutri saeculo Orat. adiudicandus videtur esse.

Liber *Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν* continetur tribus illis codicibus perantiquis (Par. 1. 2. Arg.), uno saeculi decimi quarti (Par. 3), uno decimi quinti (Ms. Vall.), tribus decimi sexti (Clar. 1. 2. Aet.), uno saeculi decimi quinti sextive (Big.)

Iam recenseamus singulos codices manu exaratos, ac primum quidem eos in quibus uterque Athenagorae liber inest.

I. *Codex Parisinus CDLI*, olim 1169 tum 2271, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria asservatus, membranaceus in fol., foliorum 403, loco sexto (fol. 322,b — 348) Athenagorae Supplicationem pro Christianis et septimo (fol. 348,b — 369,b) eiusdem librum De resurrectione mortuorum praebet. Tituli: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ προσβεία περὶ χριστιανῶν (fol. 322,b), et: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως [absque art. τῶν] νεκρῶν (fol. 348,b). Alter titulus primâ manu videtur praepositus esse, prior vero recentioris aetatis est, fortasse saeculi undecimi. Codex a Baane, notario Aretae archiepiscopi Caesariensis, anno Christi 914 exaratus est. Pluri-

bus hunc codicem, cuius eodem quo scriptus est elegantissimo caractere specimen Montefalconius (Palaeograph. graec., Par. 1708. Fol., p. 274) exhibuit, in Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. IX sqq. descripsi. Ut antiquitate sic praestantia eminet. In margine scholia praebet, plerumque primâ manu scripta nec contemnenda. Iam eo usus est Maranus, qui „Reg. 1“ appellavit. Equidem lectiones, quae hunc editorem latuerunt, una cum scholiis, quae nunc primum prodeunt, acceptas refero humanitati Caroli Benedicti Hase, illustrissimi librorum mstorum illius bibliothecae conservatoris: is quippe egregium codicem, rogante me, denuo inspexit et quae ipse enotavit, vel ex parte per virum eruditissimum Σύψωμον, graeco genere natum, enotanda curavit, ad me transmisit ut ederentur. — Codex a me „Par. 1“ vocatur.

II. *Codex Parisinus CLXXIV*, olim 1358 postea 2919, eiusdem Bibliothecae, membranaceus in 4^{to}, foliis 190 constans, loco duodecimo Athenagorae Supplicationem pro Christianis habet, fol. 132 recto: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Finitur fol. 153 verso. Tum legitur (usque ad fol. 371,b) eiusdem liber De resurrectione mortuorum: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Is codex a librario graeco exaratus, cuius specimen in Opp. Tatian. editione (= Corp. Apoll. Vol. VI) supeditavi, saeculo decimo adiudicandus est vel saltem undecimo. Adeas Iustin. Opp. l. c. p. XI sqq. In margine scholia offeruntur grammatico-dogmatica, quorum pleraque Dechairius repetit qui-

dem sed magna ex parte vitiose propter scripturae compendia in codice obvia. Idem editor variantes huius codicis lectiones protulit: vocavit „Reg.“ et Maranus „Reg. 2.“ Mihi est „Par. 2.“ Humanissimus Car. Ben. Hase, quem supra laudavi, a me rogatus integra codicis scholia accuratissime descripsit et edenda mihi misit.

III. *Codex Argentoratensis*, Argentorati in Bibliotheca urbana servatus, olim peculium Ioannis Reuchlini, postea Abbatiae Maurimonasterii, bombycinus in folio minimo, saeculo decimo tertio confectus, quem primus adhibui ad nonnullos Iustini libros emendandos atque curatius descripsi Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. XIV sqq. *), addito ibi specimine, suppeditat primâ manu utrumque Athenagorae librum. N. 8: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβυτεία περὶ χριστιανῶν. N. 9: Τοῦ αὐτοῦ ἀθηναγόρου περὶ ἀναστάσεως. Codicis, quem nullus ante me editor in usum criticum adhibuit, collationem accepi beneficio Eduardi Cunitz, doctissimi theologi Argentoratensis: qui quidem omnem enotavit diligentissime scripturae varietatem mihiq̄ue ad emendandum textum concessit.

IV. *Codex Ottobonianus graecus XCIV*, Romae in Bibliotheca Vaticana inter codices mstos Ottobonianos reconditus ideoque inter eos a Montefalconio (Bibliotheca Bibliothecarum mstorum, Par. 1739. Fol., Tom. I.

*) Coll. librum meum de „Epistola ad Diognetum“ ed. 2 (Lips. 1852) p. 3 sq.

p. 190. C, = Ottob. R. VII. 35) commemoratus, olim „ex codicibus Ducis Ioannis Angeli ab Altaemps,“ chartaceus in fol., foliorum 296, saeculi decimi quinti, utrumque Athenagorae librum praebet, h. e. secundo loco Supplicationem fol. 164—181: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανῶν [sic] πρεσβεία περὶ χριστιανῶν, et tertio loco De resurrectione fol. 182—195: Ἀθηναγόρου περὶ ἀναστάσεως [sine art. τῶν] νεκρῶν. Nomen librarii deest. Praeterea eo codice continentur: 1°. Clementis Alexandrini Stromata fol. 1—162. (Folium 163 literis non impletum est.) 4°. Eiusdem Παιδαγωγῶ editio typis exscripta in fol., constans foliis 92, sine loco et anno. Adiicitur Ἀθήλιου εἰς τὸν Παιδαγωγόν, fol. 196—241. (Folium 242 album est.) 5°. Eiusdem Stromatum epitome, fol. 243—296, sic inscripta: Ἀπὸ τοῦ πρώτου λόγου τῶν στρωματέων. Illam notitiam debeo viro doctissimo Carolo Lorentzen, qui codicem in meam gratiam accuratius inspexit. Collationem Supplicationis D. Etiennot transmisit Marano: quocum vocavi „Ottob. 1.“

V. *Codex Claromontanus LXXXIII*, chartaceus in 4^{to}, foliis constans 109, saeculo decimo sexto exaratus, anno 1573 peculium Claudii Nauloti Vallensis, postea Collegii Parisiensis Societatis Iesu, dehinc Io. Meermani*), hodie (ut comperi diligentissime investigando) Oxonii in Bibliotheca Bodleiana inter codices Miscell. 212 conditus, offert: 1°. Iustini Epi-

*) Cf. quae in Opp. Iustin. Tom. I (= Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XXI exposui.

stolam ad Zenam et Serenum. (Iust. Opp. Tom III. P. I, = Corp. Apoll. Vol. IV. ed. 2. Proll. p. XVI.)
 2°. Athenagorae librum De resurrectione mortuorum, fol. 16 — 46. Titulus: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. 3°. Eiusdem Supplicationem pro Christianis, fol. 47 — 86: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. 4°. Excerpta ex Epiphani, Cypri episcopi, De mensuris et ponderibus libro. 5°. Iosephi, patriarchae Constantinopolitani, Confessionem fidei. 6°. Epitomen libri Epiphani De duodecim lapidibus rationali (λογίῳ) summi pontificis Iudaeorum insertis. 7°. Ex Ioannis Damasceni De fide orthodoxa libris quaedam de libero arbitrio. In fine exstat haec librarii subscriptio: Οὐαληριανὸς ὁ Ἀλβίνου κανονικὸς τῆς πολιτείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταύτην ἔγραψεν βιβλόν· 1532. Hic codex igitur ab illo Valeriano Foroliviensi, filio Albini Canonico Regulari, cui complura Tatiani apographa debemus*), confectus est. Cf. Catal. mstorum codicum Collegii Claromontani (Par. 1764) p. 26 sq. et H. O. Coxe Catal. codicum mstorum Bibliothecae Bodleianae P. I (Oxon. 1853. 4°) p. 770. — In adnotationibus Supplicationi appositis cum Marani siglo „Clar.“ designavi; in libro De resurrectione cum eodem „Clar. 1“ vocavi.

VI. *Codex Aetonensis LXXXVIII*, in Bibliotheca Collegii Aetonensis sub arce Windesoria asservatus, in fol., praeter Iustini Epistolam ad

*) Cf. Tattian. Orat. ad Gr. (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XV sqq.

Zenam et Serenum et Tatiani Orationem ad Graecos suppeditat Athenagorae Supplicationem: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν, et eiusdem librum De resurrectione: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Scriptus est, sed admodum vitiose, ab illo quem modo memoravi Valeriano anno 1534. Persaepe consentit cum Bodleianis. Cf. Catalog. librorum mstorum Angliae et Hiberniae (Oxon. 1697. Fol.) Tom. II. P. I. p. 48. N. 1886. Tatian. Orat. (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XV sq. Variantes lectiones accuratissime Worthus, Tatiani editor, descripsit et Dechairio edendas misit. — A Marano „Anglicanus“ vocatus est, sed a me ut a Dechairio „A e t“.

VII. *Codex Bononiensis*, repositus Bononiae in Bibliotheca Coenobii Canonorum Regularium S. Salvatoris, inter alia continet 1°. Athenagorae Supplicationem: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. 2°. Eiusdem De resurrectione: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Scriptus est (in fol.) quarto saeculi decimi sexti decennio ab eodem illo Valeriano Foroliviensi. Cf. Ant. Possevinus Apparatus sacer. Tom. I (Colon. 1608. Fol.) p. 131. Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apoll. Vol. III) ed. 2. Proll. p. XXVIII. Idem haud dubie est codex quem in editione Supplicationis principe (Tiguri 1557) Gesnerus typis exscribendum curavit, ita quidem, ut aperta eius vitia, quae sine ulla dubitatione licuit facile corrigere, ab ipso textu tacite removeret.

VIII. *Codex Angelicus B. 1. 10*, Romae in Bibliotheca Angelica (S. Agostino), quae est Vaticanae pars, asservatus (vid. Opp. Iustin. l. c. p. XXVII), chartaceus saeculi decimi sexti, ab eodem illo Valeriano exaratus, habet 1^o. fol. 1 — 18 Athenagorae librum De resurrectione: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν λόγος. In fine: Ἀδελφὸς βαλεριανὸς φορολιβιεύς ὁ ἀλβίνου ἔγραψε τὴν βίβλον. 2^o. fol. 20 — 41 eiusdem Supplicationem: Ἀθηναγόρου [sic, omisso ἀθηναίου] φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. In fine similis Valeriani subscriptio legitur. 3^o. fol. 43 — 50 Iustini Epistolam ad Zenam et Serenum. Finitur: Ἀδελφὸς οὐαλεριανὸς ὁ ἀλβίνου ταύτην ἔγραψε βίβλον. Haec doctissimus Henricus Brunn, Romae quum versaretur, mecum communicavit.

Supplicatio pro Christianis continetur his codicibus:

IX. *Codex Mutinensis*, custoditus Mutinae in Bibliotheca Ducali, membranaceus decimi saeculi et Parisino 451 consimillimus, praeter alia loco quinto Athenagorae Supplicationem praebet: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXIX.

X. *Codex Sirletianus*, saeculi nisi egregie fallor decimi quinti, Athenagorae Supplicationem pro Christianis continens, ab Henrico Stephano collatus, cuius lectiones aliquot in editione Gesneriana a. 1557 (p. 191 sqq.) repraesentantur, titulum hunc habet: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία ἢ ἀπολογία περὶ χριστιανῶν. Sed suspicatur Ste-

phanus ἢ ἀπολογία ex marginē irrepsisse, in quo adnotata esset Iustini Phil. et Mart. ad Imperatores argumenti eiusdem oratio, eo titulo (*Ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν*) ornata. Hic codex fuit teste Stephano peculium Cardinalis Guilielmi Sirleti († 1585): ut ostendit quoque vetus codicum Sirletianorum catalogus mstus, in Bibliotheca Escuriali servatus et ab E. Millero descriptus, in quo codex gr. n. 98 memoratur „en papier de coton: Apologie des Chrétiens, par Athénagoras“ — quae quidem translatio francica egregie quadrat ad istum titulum ἀπολογία περὶ χριστιανῶν. Cf. Catalogue des Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escorial, par E. Miller. Par. 1848. 4^o. p. 310. Postea Sirleti codices plerique fere omnes in manus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps et dehinc Cardinalis Ottoboni (Alexandri VIII, † 1691) pervenerunt; denique a Benedicto XIV (1740—1758) Bibliothecae traditi sunt Vaticanae, cuius peculiarem sectionem efficiunt. Sed hodie, ut accurate inquirendo cognovi, inter Ottobonianos in Vaticana asservatos ille codex non reperitur: ubi conditus sit equidem nescio.

XI. *Codex Vaticanus graecus MCCLXI*, Romae in Bibliotheca Vaticana reconditus, olim „Antonii Cardinalis Carafae Bibliothecarii“ († 1591), chartaceus formae quadratae, foliorum 20, saeculo decimo quinto exaratus, Athenagorae Supplicationem offert: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ προσβεία περὶ χριστιανῶν. Sed mancus est; nam desinit fol. 20,a verbis ἂν οἶδα ἀνθρώπους δημιουργούς (c.

16). Nomen librarii non exhibetur. Ista Henricus Brunn, quum Romae degeret, benevole mecum communicavit. Ante me hoc codice usus est Maranus, qui lectiones eius varias a D. Petro Maloët accepit et, quotquot ullius momenti viderentur esse, publicavit.

XII. *Codex Ottobonianus graecus CCLXXIV*, de quo Henricus Brunn mihi exposuit, chartaceus in 8^{vo}, saeculi decimi quinti, quarto loco fol. 32 — 67, a Athenagorae Supplicationem suppeditat, hoc titulo instructam: Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Librarii nomen non adnotatum est. Fuit olim penes Cardinalem Sirletum, de cuius codicibus mstis paullo antea dixi; scilicet in Catal. Sirlet. apud Millerum l. c. p. 314 comparet Sirlet. n. 160 „en papier de coton: Justin et Athénagoras.“ Quae quidem descriptio unice convenit illi codici, qui postea ad Cardinalem Ottobonum pervenit (apud Montefalconium in Bibliotheca Bibliothecarum l. c. = R. III. 60) et nunc ad Vaticanam Bibliothecam pertinet. Nam praeter Athenagorae librum quarto loco (fol. 32 sqq.) collocatum nonnulla continet Iustiniana (fol. 1 sqq.), quae quidem Supplicationi praecedunt, nempe haec: 1^o. Ἐκ τῆς β' ἀπολογίας Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, h. e. capita 65 — 67: Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι usque ad καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν (fol. 1 — 3). 2^o. Ἰουστίνου Ζητιῆ καὶ Σερίνου (fol. 4 — 14). 3^o. Eiusdem Ἐκθρασις τῆς ὀρθῆς πίστεως (fol. 14 — 31). Iam sequitur Athenagorae Πρεσβεία: cui adiuncta est libri De resur-

rectione mortuorum editio Nanniana, graeca et latina, a. 1541. Is codex ut Ottob. 1 (vid. supra p. XV) a D. Etienne not collatus est in usum Marani: quocum siglo designavi „Ottob. 2“.

XIII. *Codex Ottobonianus graecus CCLXXV*, chartaceus in 8^{vo}, saeculi decimi quinti (apud Montefalconium l. c. = R. III. 59), olim „ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps,“ eandem Athenagorae Supplicationem p. 1 — 60 completitur hoc titulo signatam: Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Consimillimus est codici Ottob. 274 et, ut Carolus Lorentzen in epistola ad me data dicit, haud dubie ab eodem codicis illius scriba confectus. Quamobcausam eum Etienne not ille indignum censuit quem in gratiam Marani cum textu vulgato compararet. Insuper (praeter folium 61 album) continet fol. 62 — 85 „ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων.“

XIV. *Codex Bodleianus graecus Barocc. XCVIII*, Oxonii in Bibliotheca Bodleiana asservatus*), chartaceus ex charta partim bombycina partim laevigata in 4^{to}, constans 160 foliis, saeculo decimo quinto scriptus, quinto loco fol. 49 — 80 Athenagorae Supplicationem habet. Titulus: Τοῦ μαϊστρου**) Ἀθηναγόρου [deest Ἀθηναίου] φιλοσόφου χρι-

*) Hos codices e bibliotheca Iacobi Baroccii Venetiis emtos academiae Oxoniensi Guilielmus Herbert Comes Pembrochiae anno 1629 donavit.

**) I. q. μαϊστρου, magistri. Librarius igitur Athenagoram videtur inter praefectos scholae quae Alexandriae fuit catecheticae retulisse. Iam Philippus Sides: Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρου πρῶτος ἠγήσατο. Cf. H. E. F. Guericke De schola quae Alexandriae

στιανοῦ ... περὶ χριστιανῶν. Vocabulum *προσβεία* rubricator omisit adpingere. Insunt praeterea (vid. H. O. Coxe l. c. p. 169 sq.) in hoc codice: 1^o. Nicetae Davidis Expositio in Gregorii Nazianzeni carmina tetrasticha. 2^o. S. Ioannis Chrysostomi Homilia, quae est in Opp. ed. Montef. Tom. VI. p. 157. 3^o. Eiusdem Homilia, ibidem Tom. IX. p. 832. 4^o. Origenis Epistola ad Africanum: Ἡ μὲν σὴ ἐπιστολή. 6^o. De numerorum notis apud Graecos. 7^o. Basilii Imperatoris Paraenesis ad Leonem filium. 8^o. Philostrati Lemnii Heroica. — Dechairius variantes codicis lectiones suppeditavit. Maranus indicavit per notam „Angl. 1“; mihi vero ut illi est „Bodl. 1“.

XV. *Codex Bodleianus graecus Barocc. CXLV*, membranaceus in 4^{to}, foliorum 279, saeculi decimi quinti (et sexti), inter triginta scripta offert (ut Bodl. 1) 1^o. S. Ioannis Chrysostomi Homiliam, quae Opp. ed. Montef. Tom. VI. p. 157 exstat. 2^o. Eiusdem Homiliam, l. c. Tom. IX. p. 832. 3^o. Origenis Epistolam ad Africanum. 4^o. fol. 21—41 Athenagorae Supplicationem, titulo non praemisso, adpingendo scilicet a rubricatore. 5^o. De numerorum notis apud Graecos, alia. Cf. Coxe l. c. p. 247 sqq. Vocatus est a Marano „Angl. 2“, sed a me Dechairio praeunte „Bodl. 2“.

Perpaucas (16) tantum lectiones ex utroque Bodleiano, admodum vitioso ac plerumque cum Aetoniensi concordante, exscripsit Fellus.


floruit catechetica. P. I (Hal. Sax. 1824) p. 15 sqq. 21 sqq. et E. R. Redepenning *Origenes* P. I. (Bonn. 1841) p. 63 sq.

XVI. *Codex Oratorianus Athenagorae Supplicationis pro Christianis*, olim in Bibliotheca Congregationis Oratorii Parisiensis reconditus et a Marano in nonnullis collatus, tempestate violentae Francisci regni conversionis superiori saeculo factae evanuit. Inter codices enim mstos 551, tum servatos posteaque in Supplemento graeco (Supplément grec) Bibliothecae Imperatoriae Parisiensis enumeratos, unus tantum, quod quidem Car. Ben. Hase ad me perscripsit, reperitur qui Athenagorae Supplicationem continet: codex Supplementi gr. n. 143. Is vero antea non Oratorianus fuit sed ad Bibliothecam Sorbonae n. 435 pertinuit. De quo plura dicam.

XVII. *Codex Parisinus Supplem. gr. CXLIII*, quem modo memoravi, olim Sorbonensis 435, est chartaceus in fol. min., a Graeco Constantino Palaeocappa, Canea in Creta nato, pulchre exaratus et Cardinali Lotharingo († 1574) dicatus. Praemittuntur a Palaeocappa: 1°. (fol. 1,a — 1,b) dedicatio latine scripta: „Illustrissimo Principi Carolo Cardinali Lotharingo S.“ etc. 2°. (fol. 1,b — 2,b) carmen elegicum sic inscriptum: „Εἰς τὸν ἐπιφανέστατον καὶ αἰδεσιμώτατον Κάρολον, πανιερώτατον καρδινάλιν Λοταριγγίας, δεσπότην ἡμέτερον, Κωνσταντίνου Παλαιόκαππα.“ 3°. (fol. 3 — 5) „Omnium authorum qui hoc volumine continentur index.“ 4°. (fol. 6 — 9) idem index graece: „Πίναξ τῆς παρούσης βίβλου.“ Titulus libri Athenagorae splendide pictus fol. 10: ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ χριστιανοῦ φιλοσόφου [sic utroque verbo transposito] πρεσβεία περὶ χριστιανῶν. Subscriptio fol. 57,b: Τέλος τοῦ περὶ πρεσβείας || χρι-

Specimen Codicis Lubanensis (c. 17.)

Καὶ πλεὺ
Καθημενῆν ζυῖδος ἡσγάλαθ
μαθητῆς διαδοχίου. οὐδὲ πρὸ-
θῆς ἄρζον Θεοδώρου καὶ Ἰη-
λαρχίου. καὶ ὁ Διόσιος, καὶ
ἡ ἀρζακίς, Ἰδακλαίου καὶ ἀγ-
ηγιώτος τὰ γνη. ἡ δὲ εἰς Λαμῶ-
νῆσιν, καὶ εἰς ἀρζην, Σμηλί-
δος χερῶν καὶ Φειδίου. Σενα-
λοντα φανῶν, οὐδὲν αἰτῶν δὲ πα-
πάρουζην ἕρμη ὑπὲρ ἀδρωπου



στιανῶν ἀθηναγόρου || λόγου. Hunc codicem, a nemine hucusque collatum, Hasius censet nullius esse momenti critici. Idem vir doctus lectiones aliquot variantes mecum communicavit, quas in notis sub signo „P a r. 3“ repraesentavi.

XVIII. *Codex Lubanensis*, Lubani Lusatorum in Bibliotheca quae urbis dicitur repositus, chartaceus in 8^{vo}, foliorum 103, quorum quatuor priora et quinque postrema vacua sunt, tantum Athenagorae Supplicationem continet. Titulus: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου [deest χριστιανού] πρεσβεία ὑπὲρ [sic] χριστιανῶν. Prima litera *A* picta et aurata. In interiore integumentum parte haec verba leguntur: „Ad bibliothecam Laubanensem scriptum hoc pervetus pervenit e libris Heinrichi Ioachimi Heine.“ Possessor, ut Gottl. Frid. Gudius olim apud Lubanenses verbi divini minister narravit*), dubio procul ex academia attulit Aurelianensi, in qua literis operam dedit. Codex saeculo decimo quinto exaratus est. Literarum ductus admodum perspicui sunt, immo neque ab ornatu alieni; scriptionis compendia passim adhibita. Plurimum consentit cum codice Petrino. Scriba saepe peccavit omitiendo, quum oculus in vocabulo quodam paullo post iterum posito aberravit a priore ad posterius. Itacismo eundem addictum fuisse inde patet quod *ι, ει, η, οι, υ* permiscentur, semel etiam *ε* et *αι*. Simpliciter scribit *κόρη, ὄρος, κνίση* etc. pro *κύρη, ὄρός, κνίσση*. Hunc codicem,

*) Bibliothecae disputationum et observationum de selectis historiae ecclesiasticae capitibus (Lips. et Laubae 1743. 4^o) p. 207.

quī adhuc nulli Athenagorae editori notus fuit, Henricus Eduardus Kaiser, gymnasii Bregensis professor, quum Lubani degeret, penitus inspexit diversasque ab editione Rechenbergiana lectiones tanta religione enotavit, ut ne levissimos quidem librariorum errores omiserit. Quam collationem Vir Doctissimus in programmate, quod Schmiederus illius gymnasii director a. 1833 edidit*), p. 5 — 14 publici fecit iuris; ad me autem codicis, eodem quo scriptus est caractere, specimen benevole transmisit.

XIX. Codex Monacensis LXXXI, Monaci in Bibliotheca Regia asservatus, chartaceus saeculi decimi sexti, formae maximae, foliorum 520, inter quatuor scripta etiam Athenagorae Supplicationem pro Christianis continet. Insunt enim in eo:
1^o. fol. 1 — 442,b *Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ὑπόμνημα εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους.* **2^o.** fol. 443—457,b *Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως.* Fol. 458,a adnotata sunt haec: *ἀπηκριβώθη ἐς τὸ ἀρχέτυπον ἀνηκέστως ὃν διεφθαρμένον διὰ Μιχαήλου Σοφιανοῦ οὔτε προσθέντος τι ἀφ' ἑαυτοῦ οὔτ' ἀφελόντος. ᾠφνβ. ἀπριλ. αἰ. [h. e. a. 1552. 24. Apr.]* **3^o.** fol. 459,a — 479,a *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ χριστιανῶν.* Fol. 479,a **Sophianus** ille subscripsit haec: *μιχαῆλος σοφιανὸς ἐπηνώρθωσεν, ὡς ἐνῆν μάλιστα ἐς τὸ πρωτότυπον κιβδήλωσας ἔχον ἀπακριβώσας, οὐδέν τε ἀφ' ἑαυτοῦ προσθεῖς οὔτ' ἀφελών.* **Accedunt 4^o.** fol. 480,b — 520: *Εὐναπίου βίαι*

*) „Zur öffentlichen Prüfung der Zöglinge des Kön. Gymnasii am 26. u. 27. Sept. 1833 ladet ein Dr. Schmieder. Inhalt: 1. De codice ms. Athenagorae Lubanensi disseruit eiusque variantes lectiones enotavit H. E. Kaiser. 2. Schulnachrichten. Brieg, b. C. G. Wohlfahrt.“ 4^a.

φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν. Cf. Ign. Hardt Catalog. codicum mstorum Bibliothecae Regiae Bavaricae (Monach. 1806. 4^o) Tom. I. p. 463 sqq. Huius codicis variantes lectiones, quas adhuc nullus Athenagorae editor collegit, debeo Ioanni Georgio Krabinger, illustrissimo illius bibliothecae praefecto, qui *Προσβείαν* cum illo tam accurate in meum usum contulit, ut vel minutissima librarii peccata enotaverit.

XX. *Codex Petrinus* a me appellantur lectiones a Suffrido Petro calci latinae translationis „Athenagorae Atheniensis Philosophi Apologiae“ etc. (Colon. 1567) adiectae. Desumtae sunt ex msto quodam recentioris aetatis codice, qui Lubanensi valde similis est et (cf. l. c. p. 373) titulum hoc modo habet: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου [deest χριστιανού] προσβεία ὑπὲρ [sic] χριστιανῶν.

Liber De resurrectione mortuorum comparet in his codicibus:

XXI. *Codex Parisinus CDL*, olim sub numeris 1428 et 2270, Parisiis in Bibliotheca Imperatoria servatus, chartaceus in fol. min., anno Christi 1364 scriptus, loco duodecimo fol. 433,b—461 praebet Athenagorae librum De resurrectione. Cf. Opp. Iustin. Tom. I. P. I (≡ Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XIX sq. Ibidem specimen codicis proposui. Deest titulus, ut observavit Car. Ben. Hase mihi-que indicavit; rubricator enim omisit literis rubris exprimere. In superiori margine a manu primâ scriptum est: περὶ ἀναστάσεως· οὗτος δὲ ὁ λόγος ἀριστος: ✠

et e regione manu recentissima: ἀθηναγόρου. Nonnullas huius codicis lectiones Henricus Stephanus in editione Gesneriana a. 1557 (p. 200 sqq.) repraesentavit. — Maranus siglo „Reg. 3“ designavit, mihi est „Par. 3“.

XXII. Codex Claromontanus LXXXII, peculiū Nauloti Vallensis anno 1573, dein in Bibliothecam Collegii Parisiensis Societatis Iesu translatus, nunc in Anglia penes Illustrissimum Thomam Phillipps, chartaceus in folio (foliorum 377) et in eunte saeculo decimo sexto scriptus, Parisino 450 simillimus, loco duodecimo p. 679 — 717 Athenagorae librum De resurrectione exhibet: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXI sq. Hunc codicem, quem cum Marano notâ „Clar. 2“ insignivi, denuo contulit Rev. Davides Davis Bacc. Artt. Eveshamiensis atque omnes lectiones, quae Benedictinum illum latuerunt, mihi misit accuratissime enotatas.

XXIII. Codex Bigotianus lectiones vocantur ab Emerico Bigot*) e codice msto Athenagorae libri De resurrectione mortuorum collectae et a Marano descriptae. Olim in Bibliotheca Sangermanensi asservatae sunt. Ubi hodie versentur nescio; certe Parisiis in Bibliotheca Imperatoria, tot naufragorum librorum fausto portu, ubi codices Sangermanenses habentur (Opp. Iustin. Tom. III. P. I, = Corp. Apoll. Vol. IV, ed. 2. Proll. p. XI), inter complures schedas a Bigotio relictas (codd. 3114. 3116. 3117) teste

*) Obiit („doyen de la cour de Normandie“) Rotomagi a. 1689.

Specimen Codicis Claromontani 82.

Ἐπιδοτέματι καὶ λόγι, τῆσ' αὐτοῖσ' ἀγαθείασ' ἐ-
χομένω, παρὰ αὐφύεταί τι φέρεται. παρὰ αὐφύεταί
δὲ, οὐκέτι ὑποκείμενος πρὸς ἀρχὴν κατὰ φύσιν ὁ ρ
ἰσχυρῶν μετώμων. ἢ τῆσ' αὐτῶν τὸ ὄψος ἐκαστον αὐτίσας.



C. B. Hasio, qui hac de re ad me retulit, non inveniuntur.

XXIV. *Codex Florentinus III.* plut. IV. in Bibliotheca Laurentiana Medicea, membranaceus in 4^{to} min., saeculi decimi quinti, h. e. a. 1491, foliorum 303, praeter Stephani Byzantii tractatum de urbibus et populis, p. 1—22 Athenagorae librum De resurrectione praebet: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. In fine legitur haec amanuensis subscriptio: μετεγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου χιλιοστῶ τετρακοσιοστῶ ἐνενηκοστῶ πρώτῳ, μηνὸς Ἰουνίου ἕκτη, διὰ χειρὸς κάμου Ἰωάννου ἱερέως Ρώσου τοῦ Κρητὸς Οὐβαντίας. Cf. Ang. Mar. Bandinius Catal. codd. mstorum Bibliothecae Med. Laurent. varia continens opera. Vol. I (Florent. 1764. Fol.) p. 519.

XXV. *Codex Florentinus XXXII.* plut. X. in eadem Bibliotheca, papyraceus in 4^{to} min., saeculi decimi quinti, foliorum 172, novem scripta continens, loco octavo p. 124—145, a habet Athenagorae librum De resurrectione: Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Cf. Bandinius l. c. p. 496. Hic codex Florentino illi consimillimus est: uterque enim eodem saeculo exaratus est, eandem formam habet, totidem paginas (22) complectitur. Vide quae iam de Manuscripto Vallae exponam.

XXVI. *Manuscriptus Vallae* a me latina libri De resurrectione translatio vocatur, quam Georgius Valla Placentinus Venetiis a. 1498 edidit. Is ad eam conficiendam, quippe quae prius quam

editio Nannii princeps (a. 1541) prodierit, msto quodam codice usus est, illo ipso (nisi egregie fallor) unde Ioannes Rhosus sacerdos Cretensis a 1491 librum De resurrectione Venetiis transscripsit. Cf. quae de codicibus Florentinis supra observavi. Constat autem tales versiones critico respiciendas esse: quapropter equidem diligenter contuli.

III. De codicibus editis.

Prodiit e prelo primum Athenagorae liber De resurrectione mortuorum anno 1541, tum Supplicatio pro Christianis anno 1557. Principes hae editiones sic inscribuntur:

„*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Περί ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis, philosophi christiani, De resurrectione mortuorum, PETRO NANNIO Alecmariano interprete, Lovanii in Collegio Trilingui latinarum literarum professore. Lovanii, apud Bartholomaeum Gravium, sub sole aureo. MDXLL.“ 4^o. Nonnullorum exemplorum titulus habet: „Parisiis, apud Christianum Wechelium, sub scuto Basiliensi in via Iacobaea: et sub Pegaso in vico Bellovacensi. Anno MDXLI.“ Graeco textui, quem editio illa praebet, Petrus Nannius latinam adnexuit translationem eamque titulo novo et novis paginarum notis instructam: „Athenagorae Atheniensis, philosophi christiani, De mortuorum resurrectione, Petro Nannio Alecmariano interprete, Lovanii in Collegio Trilingui latinarum literarum professore. Lovanii, apud Bartholomaeum Gravium,

sub sole aureo. MDXLI.“ In aliis exemplis: „Pari-
siis, apud Christianum Wechelum, sub scuto Basi-
liensi in vico Iacobeo: et sub Pegaso in vico Bello-
vacensi. Anno MDXLI*)." In epistola nuncupatoria
ad Reverendissimum D. Antoninum a Granvella Epi-
scopum Atrebatensem („Lovanii 13. Calendas Maias
anno 1541“), latinae translationi praemissa (p. 3 sq.),
Nannius dicit: „Nobis non nisi unicum exemplar fuit,
a doctissimo quidem viro descriptum, sed tamen non
paucis vitiis infectum, nec mirum, non enim meliora
mibi poterat tradere quam in archetypo invenerat,
quod unum superesse aiunt in universa Europa.“
Nihil refert amplius de codice suo msto, quem typis
describendum curavit**). Neque adnotationes de-
dit. Translatio persaepe est vitiosa.

„*ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ φιλοσόφου χριστιανού*
Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀνα-
στάσεως νεκρῶν. ATHENAGORAE ATHENIENSIS
philosophi christiani Apologia pro Christianis, ad
Imperatores Antoninum et Commodum. Eiusdem De
resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus
libellus ille nunc primum profertur, hic autem casti-
gator quam antea editur. Uterque graece et latine.
Ex officina Henrici Stephani. An. MDLVII.“ 8^{vo}
min. ***) Haec editio CONRADO GESNERO πολυ-

*) In maximo errore versatur Th. Adr. Clarisse, qui l. c. p. 40,
Dupinio fretus, librum De resurrectione „primum“ editum esse affir-
mat „anno 1498 graece et latine Venetiis.“ Scilicet isto anno latine tan-
tum prodiit, Georgio Valla interprete.

**) Errat Cas. Oudinus (Comment. de scriptoribus eccles. anti-
quis T. I, Lips. 1722. Fol., p. 204) dicens illum mstum codicem fuisse
Regiae Bibliothecae Parisiensis.

***) Clarisse l. c., a Io. Alb. Fabricio (Biblioth. gr. ed. Har-

μαθεστάτω debetur. Etiam nunc in Bibliotheca Reipublicae Turicensis, ut Otto Fridolinus Fritzsche, in Turicensi academia theologiae professor et Bibliothecae illius praefectus, mecum communicavit, exemplar asservatur, cuius in titulo Gesnerus manu suâ haec scripsit: „*Cl. V. D. Heinricho Bullingero, dño et patrono perpetua observantia sibi colendissimo, Con. Gesnerus donabat et dedicabat.*“ — Hoc libro continentur Apologia graece (p. 3 — 44), De resurrectione graece iuxta Nannii editionem (p. 45 — 77), Epistola Gesneri dedicatoria ad Henricum Bullingerum „Ecclesiae Tigurinae pastorem fidelissimum“ Tiguri Nonis Februarii 1557 data (p. 79—80), Apologia latine Gesnero interprete (p. 81 — 129), Praefatio Gesneri („*Conr. Gesnerus Lectori*“, p. 130) ad Adnotationes in Apologiam ab ipso oblatas (p. 131 — 154), Petri Nannii Epistola nuncupatoria ad Antoninum a Granvella (p. 155—156), De resurrectione latine Nannio interprete (p. 157—189), Henrici Stephani typographi Epistola ad P. Nannium ex typographeio suo 10 Cal. Iun. 1557 data (p. 190), qua suas illi Adnotationes in utrumque Athenagorae librum (p. 191—208) dedicat. Silentio Gesnerus*), ut mos tum erat, praeterit ex cuius bibliothecae cimeliis codicem istum protraxerit, quem Parisiis in

les. Vol. VII. p. 97) in errorem inductus: „Apologia“, inquit, „*seorsim*“ (!) est edita graece et latine cum versione et notis C. Gesneri, Tiguri 1557. 8^o.“ — Alios virorum doctorum errores in enumerandis Athenagorae editionibus commissos silentio praetereo.

*) Is primus edidit Tatianum quoque una cum Theophilo Antiocheno: vid. meam Tatiani Orat. ad Gr. editionem (= Corp. Apoll. Vol. VI) Proll. p. XXI sq.

typographeio Stephaniano curavit typis exscribendum; apud lectorem (p. 130) se excusat quod propter alias occupationes ipsi non licuerit in sua translatione Apologiae et adnotationibus eam operam quam par erat posuisse. Codex autem ille, quem descripsit, haud dubie fuit Bononiensis; dicit enim Gesnerus ipse in *Bibliotheca universalis* (Tigur. 1545. Fol.) p. 99: „Athenagorae philosophi christiani Legationem pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum et Commodum, Romanos Imperatores, vidi, mstam, graece Bononiae in Bibliotheca S. Salvatoris *). Stephanus, doctissimus ille typographus, dicit (p. 190 coll. 208) se, dum illi Athenagorae libri excuderentur, artificum suorum quotidiana opera examinantem suas obiter adnotationes ad illos scripsisse, passim duobus codicibus mstis adiutum: quorum tamen vix decem lectiones enotavit. Ipse ait (p. 190): „Orationis De resurrectione antigraphum in Regis Gallorum Bibliotheca offendi quae est in pago Calliroë [rectius scripsisset Callirrhoë, quo nomine a poetis latinis saeculi XVI designatur Fontainebleau, Fons Bellaqueus, h. e. la Fontaine de belle eau] Parisiis vicino [= Par. 450], alterius autem [h. e. Supplicationis] exemplar Romae Guilielmus Sirletus vir doctissimus mihi ostendit et eius copiam perliberaliter fecit **).“ Fatetur (p. 208) nihil se in textu graeco ex suo sensu immutasse; excipiendi aliquot libri De

*) Coll. etiam Conr. Gesneri Elenchus scriptorum omnium, in compend. redact. (Basil. 1551. 4^o) p. 106.

***) Coll. Bibliotheca instituta et collecta primum a Conr. Gesnero, deinde in epitomen redacta (Tigur. 1583. Fol.) p. 87.

resurrectione loci quibus Nannianam lectionem eiecit. — Gesnero autem non eruditio et diligentia in Athenagora edendo sed interdum exemplaris graeci fides defuit. Quod quidem ipsius ac Stephani in hunc Apologetam adiectae castigationes testantur. In universo contextus filo praestitit quod alibi praestare solet; sed quia codex eius passim depravatus fuit, alias fortiter divinat, alias de suo supplet. Translatio in multis locis obscura est vel a scriptoris sensu aliena.

Iam eas recenseamus editiones quae ex principibus illis prodierunt.

Singularis Athenagorae liber De resurrectione mortuorum ex editione Petri Nannii graece cum latina eius versione, textui graeco ad latus adiecta, repetitus est in „*Μικροπρεσβυτικῶν* veterum quorundam theologorum,“ Basil. ap. Henr. Petri 1550. Fol. p. 471—494, et in „*Orthodoxographis theologiae sacrosanctae*“ etc. (a Io. Heroldo publicatis), ibid. per Henr. Petri 1555. Fol. p. 351—376. Accedit graece tantum: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου Φιλοσόφου Χριστιανοῦ Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Athenagorae Atheniensis Philosophi Christiani De resurrectione mortuorum. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. MDLXXXVIII.“ 8°.

Uterque Athenagorae liber, et Supplicatio et De resurrectione, ex editione a Conrado Gesnero parata iteratus est in hoc operum nonnullorum collectione: „*Θεολόγων διαφόρων συγγράμματα παλαιὰ καὶ ὀρθόδοξα*. Theologorum aliquot graecorum veterum orthodoxo-

rum libri graeci et iidem latinitate donati“, Fol. *) ubi tertio loco habetur: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis philosophi christiani Apologia pro Christianis, ad Imperatores Antoninum et Commodum. Eiusdem De resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primum profertur, hic autem castigatior quam antea editur. Uterque graece et latine. Per Andream Gesnerum F. MDLIX.“ In aliis exemplis: „MDLX.“ Suppeditatur primum illa C. Gesneri epistola dedicatoria ad H. Bullingerum, tum (p. 4 — 35) Apologia graece cum C. Gesneri translatione, deinde folium hunc titulum continens (p. 87): „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniensis philosophi christiani De mortuorum resurrectione. Petro Nannio interprete. Per Andream Gesnerum F. MDLIX.“ In aliis exemplis: „MDLX.“ In parte aversa legitur illa P. Nannii epistola nuncupatoria ad A. a Granvella. Sequitur (p. 39 — 62) liber De resurrectione graece et latine. P. 63: Conr. Gesnerus Lectori. P. 64 — 77: Conr. Gesneri Adnotationes in Apologiam, „quibus etiam Henr. Stephani typographi Adnotationes, seorsim prius [h. e. in editione a. 1557. p. 191 — 200] editae, inseruntur.“ P. 78 illa H. Stephani epistola ad P. Nannium, cui p. 79 — 82 adiunguntur [ex eadem editione a. 1557. p. 200 — 208] eiusdem

*) Locus et annus non additi sunt; typographus autem (Andreas Gesnerus F.) praefationem ad lectorem sic finit: „Vale 1559“.

„Stephani typographi Adnotationes in librum De Resurrectione mortuorum.“

Inde seorsim prodiit: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Ἀπολογία περὶ χριστιανῶν*. Athenagorae Atheniensis philosophi christiani Apologia pro Christianis. Graece et latine Conrado Gesnero interprete. Parisiis, apud I. Benenatum. MDLXXVII.“ 8°.

Illam Gesneri editionem utriusque libri Athenagorae denuo exprimendam curavit FEDERICUS MORELLUS, in calce Operum Iustini Phil. et Mart., una cum Tatiani, Theophili, Hermiae scriptis, Parisiis anno 1615 et dehinc 1636. Fol. *), Append. p. 1 — 68. Textui graeco latinas versiones Gesneri (Apologiae) ac Nannii (libri De resurrectione) apposuit et illius Stephanique adnotationes (p. 181 — 197) adiunxit. — Morellianum exemplar ex asse repetiit editio quae COLONIAE seu potius Vitebergae anno 1686 lucem vidit, aucta Christiani Kortholti commentario, Kilonii antea a. 1675 Fol. publici iuris facto. Vide quae de his editionibus in Opp. Iustin. Tom I. P. I (= Corp. Apoll. Vol. I) ed. 2. Proll. p. XXV sq. dixi.

Porro ex editione Gesneriana (iuxta Morellianum exemplar a. 1615) FRONTO DUCAEUS (Le Duc) Athenagorae libros cum versione latina Gesneri et Nannii inseruit (quartae) Parisiensis Patrum Bibliothecae (a. 1624) auctario graeco-latino, h. e. „Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum eccle-

*) Alterius Morellianae editionis, ut par est, in notis meis rationem habui.

siasticorum“ Tomo primo, Parisiis (per Sonnios fratres et Hieronymum Drovardum) MDCXXIV. Fol. p. 50—104. In paucis tantum locis tacite aliam lectionem admisit. Ad calcem Tomi non solum Gesneri et Stephani (p. 25 — 37) sed suas quoque (p. 38 — 39) notas coniecit: quibus aut vitiosos aliquot Supplicationis locos [fere quattuor] ex „duobus mss. Francisci I“ [= Par. 451 et 174] atque ex „ms. illustrissimi Cardinalis Ioeüsaei“ correxit aut nonnulla illustravit. — „Obscuriora quaedam textus graeci loca“ examinavit Nic. le Nourry in Appar. ad Bibliothecam Max. vett. Patrum P. I (Par. 1703. Fol.) p. 494 — 496.

Textum per Gesneri editionem vulgatum reddiderunt perpauca locis mutatum Ioannes Fell, Adamus Rechenberg, Eduardus Dechair, quorum iam exemplaria afferam.

„Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Ζωζόμενα [sic pro Σωζόμενα]. S. Patris Athenagorae Philosophi Atheniensis Opera, ad Mss. fidem [!] recognita. Oxonii, e theatro Sheldoniano. An. Dom. 1682.“ 12°. IOANNES FELL, Oxoniensis episcopus, hanc editionem „typis et forma exiguis“ adornavit, ne egregia Athenagorae opera deinceps sub umbra grandiusculi voluminis delitescerent, sed in sinu et manibus eruditorum perpetuo versarentur. Repetiit, sed vitiose, textum vulgatum, e regione posuit versiones supra memoratas et perpauca notulas adpersit, quibus aliquot (16) lectiones ex codicibus Bodleianis et nonnullae coniecturae Gesneri Stephanique continentur. Suo Marte nihil praestitit.

„*Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Σωζόμενα.* S. Patris Athenagorae Philos. Atheniens. Opera, cum notis variis curante L. A. RECHENBERGIO, P. P. Lipsiae, A. MDCLXXXV. Apud Io. Frid. Gleditschium, Stanno Christoph. Fleischeri.“ 8°. Etiam sub titulis: „*Ἀθηναγόρου Ἀπολογία περὶ Χριστιανῶν.* Athenagorae Apologia pro Christianis. Cum interpretatione latina Suffr. Petri et notis variis, opera et studio L. A. Rechenbergi, P. P. Lipsiae, apud Io. Fr. Gleditschium, A. MDCLXXXIV“. Et: „*Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.* Athenagorae Atheniens. Philos. christiani De resurrectione mortuorum. Cum [interpretatione latina Petri Nannii et] annotationibus, opera et studio L. A. Rechenbergi, P. P. Lipsiae A. MDCLXXXV. Apud Io. Fr. Gleditschium.“ Gesneri, Stephani, Suffridi Petri, de quo infra dicendum est ubi de codicibus in alias linguas versis agitur, Kortholti suasque notas textui substravit; et „quum, impressis iam tribus Apologiae quaternionibus, ab Amico-Collega exemplar novae editionis Oxoniensis mihi communicaretur, notas illi adspersas, licet paucas, sequentibus paginis adscribere non pigritus sum“. * Nihil ipse contulit ad Athenagoram rectius legendum meliusque intelligendum.

„*Τοῦ ἁγίου Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν. Τοῦ αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. Ἐκ θεάτρον ἐν Ὁξονίᾳ, ἔτι θεογονίας αἰψέ.*“ Alter titulus: „Sancti Athenagorae Atheniensis Philosophi Legatio pro Christianis, ad Imperatores M. Aurelium Antoninum et L. Aurelium Commodum. Eiusdem De re-

surrectione mortuorum. Accedunt Latina versio, emendationes, variantes lectiones, annotationes atque indices necessarii. Cura et studio EDUARDI DECHAIR, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano. Anno dom. 1706." 8°. In praefatione ad lectorem dicit: „Textum auctoris nostri anno 1557 editum, qui omnium accuratissimus nobis videbatur, cum duobus Legationis MSS. quos celeberrima Bodleï Bibliotheca apud Oxonienses continet, diligenter contulimus, variantium lectionum quotquot ullius momenti nobis esse visae sunt infra textum immediate collocavimus, quo in loco etiam et aliorum MSS. lectiones posuimus: nimirum MS. totius auctoris nostri qui Parisiis est in Bibliotheca Regis Galliarum [= Par. 174], diversi ab illo quem Stephano legendi copia erat, nonnullas; quam plurimas autem MS. utriusque orationis Athenagorae qui Etonae est.“ Scripturam vulgatam in locis quibusdam emendavit, perraro quidem in ipso textus corpore, at frequentius in notis textui subiectis. Versiones quod attinet, quae Gesneri est Supplicationi, libro De resurrectione illam Nannii apposuit: quas tamen multis locis correxit. Textum insuper, „ut ita diversae quas tractat auctor noster materiae magis paterent“, in sectiones divisit; Supplicationis sunt 31, De resurrectione 18. Virorum doctorum in Athenagoram notas exhibuit suasque addidit. „Inter illas autem sunt quaedam graece a recenti quodam Scholiasta conscriptae, quae ex MS. illo Regio Parisiensi sunt desumptae, quasque, uti et variantes illius et Etonensis etiam MS. omnes lectiones, quorum posteriorem

summa diligentia ipse perlegerat, D. Worth Archidiaconus Wigorniensis et Tatiani eruditus admodum editor nobiscum amicissime communicavit.“ Ad calcem editionis locavit Suffridi Petri (p. 1—67) et Ioannis Langi (p. 68—89) adnotationes in Supplicationem, Kortholti (p. 90—95) et Rechenbergii (p. 96—101) in utrumque librum, excerpta ex Baronii Annalibus ad a. Chr. 179 (p. 102—103), ex Halloixii De Illustrium ecclesiae orientalis scriptorum Vol. II. c. 26 (p. 104—108), ex Henr. Dodwelli Dissertationum Cyprianicarum XI. §. 37 sq. (p. 109—112), praefationem Felli (p. 113), ex G. Bulli Defens. fidei nicaenae c. 4 sq. excerpta quaedam (p. 114—127). — Hic memorandae sunt (I. A. Fabricii) „Emendationes et Observationes in quaedam loca Athenagorae minus huc usque intellecta“, quae leguntur in (fratrum Massuetorum) „Histoire critique de la republique des lettres“ T. IX, Amst. 1715, p. 129—140.

Splendido ornatu prodiit Athenagoras una cum caeteris Apologetis graecis curâ PRUDENTII MARRANI Parisiis (Hagae Comitum) anno 1742. Fol. mai. Huius editionis titulum in Opp. Iustin. l. c. p. XXX sq. accurate descripsi. Athenagorae Apologia legitur p. 279—313, in capita 37 bene distributa, De resurrectione p. 315—336, capita 25 continens. Doctus ille monachus Benedictinus in Praefationis Parte III. exposuit p. CX—CXX de gestis et scriptis Athenagorae (c. 13), item de quaestione an Montani sectae adhaeserit (c. 14). Nova codicum subsidia comparavit. Etenim „Athenagorae“, inquit (Praefat. p. IX),

„Legatio collata cum duobus Regiis 451. 174, tribus Romanis, quorum duo ex Ottoboniana, alius ex Vaticana Bibliotheca, Claromontano et alio ex Bibliotheca Institutionis Oratorii Parisiensis. Eiusdem liber De resurrectione collatus cum iisdem codicibus Regiis 451. 174. 450 et duobus Claromontanis, quibus accessere variae lectiones olim ab eruditissimo Bigot e ms. codice collectae, quae in Bibliotheca Saugermanensi asservantur. Romanorum codicum varias lectiones debeo duobus eruditis Nostrae Congregationis in Curia Romana Procuratoribus, D. Etienne et D. Petro Maloët, quorum primus Legationem cum duobus Ottobonianis contulit.“ Pauca haec Maranus de codicibus retulit: quos supra, postquam multum quaesivi, ut par est pluribus descripsi. Plerumque lectiones optimis codicibus mstis firmatas non inseruit textui sed in adnotationem ablegavit. Passim cum Morello, cuius editionem (a. 1686) typothetae tradidit, in vitiis graeci textus concordat. Locos obscuriores interdum luce donavit, translationem Supplicationis Gesnerianam innumeris locis emendavit, librum De resurrectione denuo in latinum sermonem vertit. — Marani exemplar paginis paululum immutatis mendose recusum est Venetiis anno 1747 Fol. mai.: Supplicatio p. 296 — 334 et De resurrectione p. 335 — 358 praebetur.

Ad hoc Venetum Marani exemplar Athenagorae opera exprimenda curavit ANDREAS GALLANDI: „Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum.“ Tom. II (Venet. 1766. Fol. mai.) p. 3 — 58. Doctus ille presbyter Con-

gregationis Oratorii perpaucas adnotationes Maranianis adpersit. Prolegomena Marani de Athenagora p. III sqq. praemisit. — Absque notis iuxta idem exemplar Athenagoras graece et latine habetur inter „Opera Patrum graecorum“ [cura FR. OBERTHÜR] Vol. III (Wirceb. 1779. 8°) p. 108 — 261.

Memoranda denique est editio, quae nonnisi Supplicationem Athenagorae graece cum brevi adnotatione offert, sic inscripta:

„Sancti Athenagorae Atheniensis Philosophi Deprecationem (vulgo Legationem) pro Christianis edidit M. IO. GOTTLIEB LINDNER Rector Scholae Arnstadiensis. Longosalissae sumptibus Io. Chr. Martini MDCCLXXIV.“ 8°. In Praefatione p. V sq. refert se Dechairianam editionem esse secutum, parva interdum mutatione, ubi praesertim codices msti in illa notati addicebant, tentata. Lectiones variantes ex codice utroque Bodleiano et Aetonensi potiores tantum textui substravit. Lindnero, quum suam editionem pararet, non ad manus erat exemplar Maranianum. Absoluto vero et publici iuris facto opere „cupido est incensa etiam hanc editionem conferendi, quum praesertim insignia monachi Benedictini in Iustinum Martyrem merita me non fugerent: nec spes expectantem est frustrata, quum eius libri a Prof. Heynio Viro Praecellentissimo pro summa qua in me est liberalitate copia esset facta. Quem librum quum maximo cum fructu legissem, nolui hac symbola defraudare eos quibus mea editione uti fuerit visum.“ Itaque prodierunt: „M. Io. Gott-

liber Lindneri Curae posteriores in Athenagorae Deprecationem pro Christianis. Longosalissae 1775. apud Io. Chr. Martini.“ 8^o, paginarum 24, in quibus Maranianae editionis ratio habita est. Is philologus parum praestitit: difficiliora loca aut non attigit aut male tractavit. Haud raro notas offert quae ad grammaticam pertinent „propter tirones:“ plerumque vero ipse se tironem praebet. Multos eius errores placuit silentio praeterire.

IV. De codicibus in alias linguas versis.

Prius, quam editio princeps libri De resurrectione vulgata est, latina translatio prodiit: „G E O R G I O V A L L A Placentino interprete. Hoc in volumine haec continentur: Nicephori [Blemmidae] Logica, Euclidis quartus decimus elementorum etc., Athenagorae philosophi De resurrectione, Aristotelis de celo“ etc. In fine: „Impressum Venetiis per Sim. Papiensem dictum Bevilaquam 1498. Die ultimo Septembris.“ Fol. Integrum huius voluminis titulum Mich. Mettaire Annales typographici Tom. I. P. I (Amstel. 1733. 4^o) p. 661 notavit.

Excerpta tantum M. Ficinus offert: „Athenagoras De resurrectione. Xenocrates De morte. Interprete MARSILIO FICINO. Cebetis Tabula latine per Ludov. Odaxium. Parisiis per magistrum Guidonem Mercatorem 1498. die XVIII. Augusti.“ 4^o. Repetita per Beatum Rhenanum: „Aeneae Platonicus christianus De immortalitate animae deque corporum resurrectione dialogus aureus, qui Theo-

phrastus inscribitur, Ambrosio Camaldulensi interprete. Athenagoras Atheniensis De resurrectione, Marsilio Ficino interprete. Xysti Pythagorici Sententiae, Rufino interprete. Basileae apud Ioannem Frebonium an. MDXVI.“ 4°. (Colon. 1522. 4°.) Exstant quoque in Marsilii Ficini Operum Tom. II (Par. 1641. Fol.) p. 814 — 816.

Idem De resurrectione liber latine ex PETRI NANNII interpretatione, de qua videsis supra p. XXXsq., refertur post Philonis Iudaei Opera latine reddita a Sigismundo Gelenio. Basil. (1553) 1561. Fol. p. 661 — 681.

Athenagorae Apologia in latinam linguam translata est primum a CONRADO GESNERO, ut supra p. XXXIIsq. exposui, paullo post a IOANNE LANGO, qui translationem commentario instructam Operibus S. Iustini Phil. et Mart. latine a se editis Basil. 1565. Fol. Tom. I. p. 217sq. *) ob materiae similitudinem inseruit.

Novam eiusdem Apologiae translationem S. Petri produxit: „Athenagorae Atheniensis Philosophi Apologia vel Legatio vel potius Supplicatio pro Christianis: ad Imperatores Antoninum et Commodum: A SUFFRIDO PETRO Leovardiense Frisio in Latinum ex Graeco translata et iustis commentariis illustrata: adiectis etiam castigationibus eiusdem, quibus textus graecus a mendis plurimis repurgatur et integritati suae restituitur. Coloniae, apud haeredes

*) Cf. meam S. Iustini Operum editionem Tom. I (= Corp. Apoll. Vol I) ed. 2. Proll. p. XXXVII.

Arnoldi Birckmanni. Anno MDLXVII.“ 8^o. Alicunde, ut in epistola ait dedicatoria ad Venerabilem in Christo Patrem ac Dominum D. Isbrandum Haderwick Abbatem in Lidlum („Lovanii 7. Ianuarii anno 1566“), exemplar Apologiae mstum accepit, ex quo, priusquam Gesneri editio ipsi innotuit, latinam translationem confecit, ita quidem, ut loca quaedam obscura, quum exemplar illud graecum melioris notae fuerit, magis perspicue ac melius exprimeret quam Gesnerus. „Nec mihi dubium est quin Gesnerus [qui a. 1565 obiit], ut vir humanus et aequus fuit, meam hanc editionem vivus, si vidisset, etiamsi vel ipso inconsulto fuisset emissa, probaturus fuerit: siquidem et graecus textus plurimis in locis a nobis integritati suae restitutus est, et in versione latina incommoda ista facile vitata sunt quae ille propter mendositatem sui codicis effugere nullo modo potuit.“ Proponuntur versio p. 1—87; commentaria p. 88—372, „in quibus non solum operam dedi ut eas difficultates omnes explicarem quae in hoc scriptore sese offerebant, sed etiam ut ecclesiae primitivae statum et prima christianae religionis obstacula diligenter exponerem*);“ castigationes quibus ipsius contextus graeci integritas restituitur p. 373—393.

Utrumque Athenagorae opus latine, Apologia ex Gesneri et liber De resurrectione ex Nannii versione, recusum est in Bibliothecae SS. Patrum, a

*) Exemplum ut afferam, uberius S. Petrus p. 105—150 exponit: „Quam gravibus praeiudiciis in primitiva ecclesia Christiani per indiscretos vulgi rumores pressi sint et quae fuerint eorum causae.“

Margarino de la Bigne adornatae, edit. I. Tom. VIII (Par. 1576. Fol.) p. 2—44, ed. 2. Tom. IX (1589) p. 361—408, ed. 3. Tom. VIII (1610) p. 2—40; in Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Colon. 1618. Fol.) Tom. II. n. 3 sq.; in Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugdun. 1677. Fol.) Tom. II. P. 2. p. 147 sqq.

**Apologia et liber De resurrectione, Gesnero il-
lius et Marano (vid. supra p. XLI) huius interpre-
te, in „Collectione selecta SS. Ecclesiae Patrum ac-
curantibus D. A. B. Cailla u una cum D. M. N. S.
Guillon“ Tom. II. Par. (et Lips.) 1829. 8°. p. 47
—89 et p. 90—121 mendose suppeditantur.**

**Praeterea translationes Athenagorae inveniun-
tur italicae, gallicae, anglicae, germanicae.**

**Atenagora Ateniese, Filosofo Cristiano, del-
la risurrettione de' morti, tradotto in lingua italia-
na da GIROLAMO FALETI: Con una oratione della
natività di Christo, composta dal medesimo Faleti.
Gli Eredi d'Aldo. Venezia MDLVI. 4°. Denuo: „In
Verona 1735.“ 4°.**

**Opere di Atenagora Ateniese, filosofo cristi-
ano, dal greco in ital. recate con prefazione e note,
da D. GIOVANNI BATTISTA GALLICCIOLI. In
Venezia 1801. 8°.**

**Apologie d'Athenagoras, pour la défense des
Chrètiens, tournée du Grec de l'auteur et du La-
tin de Conradus Gesnerus, avec les annotations de
Suffridius Frisien; le tout de la version de GAY**

GAUSSART Flamignon. Paris chez Simon Calvarin. 1574. 8°.*)

Discours d'Athénagore philosophe chrétien d'Athènes sur la résurrection des morts, traduit du Grec par le P. **LOUIS REINER**, de la Compagnie de Jesus, professeur de philosophie à Breslau. Avec des réflexions sur divers sujets de morale et de physique. Breslau chez Charl. Godofr. Meyer. 1753. 8°.

The most excellent discourse of the Christian Philosopher Athenagoras, touching the Resurrection of the dead; englished from the Greek of Peter Nannius by **RICHARD PORDER**. Imprinted at London by W. Williamson. 1573. 8°.

The Apologeticks of the Learned Athenian Philosopher Athenagoras. I. For the Christian Religion. II. For the Truth of the Resurrection. Against the Scepticks and Infidels of that Age. Together with a curious Fragment of Justin Martyr on the Subject of the Resurrection, not published in his Works. And two other Fragments: the one attributed to Josephus, the other to Methodius, concerning the State of the Dead. Both from Mss. of the late Reverend Dr. Grabe. With the original Greek printed in the Appendix. Done into English, with Notes. To which are prefixed Two Dissertations: the one, concerning the Jewish Notion of the Resurrection; the other, concerning Athenagoras and his Remains. By **DAVID HUMPHREYS**. London, Smith 1714. 8°.

*) Decit Io. Alb. Fabricius (l. c. p. 98) exstare utriusque operis gallicam versionem, quae **ARNOLDO FERRONE** sive Ferrerio debeat. Burdegal. 1577. 4°.

Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter. Aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. KEMPTEN, Kösselsche Buchhandlung. 1830. 8°. Tom. II. p. 193 — 294: „Athenagoras.“

Excerpta tantum offert notisque illustrat CHR. FR. RÖSSLER: Bibliothek der Kirchen-Väter in Uebersetzungen und Auszügen. Tom. I (Lips. 1776. 8°) p. 184 — 217.

V. De Athenagorea dictione.

Athenagoras Atheniensis etiam post, quam ad sacra christiana transiit, nomen servavit habitumque philosophi *), ut Aristides Atheniensis et Iustinus Martyr. Et platonicum quidem philosophum egit: non vero magistro se quasi in servitum addixit, interdum aliorum quoque philosophorum sententias amplexus. Veritatem certe divinitus revelatam iunxit cum philosophicis opinionibus, ita quidem, ut illam ex his magis perspicuam reddere conaretur, has autem iuxta illius normam emendaret. Cf. Suppl. cc. 7. 9. 24. De res. c. 18 **). Maxime resurrectionem mortuorum philosophicis rationibus fulsit contra philosophos ***). Nec neglexit quaecumque ista aetate

*) Philippus Sidetes: *Ἀθηναγόρας ... ἀνήρ ἐν αὐτῷ χριστιανισμῶ τῷ τριβῶνι.*

***) H. Ritter *Geschichte d. christl. Philosophie* P. I (Hamb. 1841) p. 322: „Auch deswegen ist Athenagoras uns merkwürdig, weil er reiner als alle übrigen Kirchenlehrer der ersten Jahrhunderte aus der Platonischen Philosophie, welche fast überall bei ihm anklingt, seine Bildung geschöpft hat und so den Einfluss dieser Philosophie auf die christliche Lehre auf das augenscheinlichste uns darstellt.“ *Coll. libellum meum Zur Charakteristik d. heil. Justinus* (Vindob. 1852) p. 11 sqq.

****) Ioach. Iust. Rau *Diatriba hist.-philos. De philosophia SS.*

ad veram pertinebant eruditionem. Poëtarum enim et historicorum veterum opera penitus cognita habuit, id quod ex ipsius libris pateseit. Pariter fuit, ut indidem apparet, versatissimus in codice sacro. Quid? Inter omnes saeculi secundi apologetas excellit et philosophico ingenio et ampla eruditione.

Accedit dicendi ratio, qua Athenagoras itidem illos apologetas superavit *).

Etenim in utroque libro concinnum sententiarum ordinem secutus est, ut patet ex argumentis operum eius infra allatis, praecipue libri De resurrectione mortuorum.

Atticam elegantiam ab Athenagora Atheniensi affectari nonnulli **) iudicarunt: hoc dici potest ab eo atticam dialectum fuisse usurpatam.

Patrum Iustini Mart. et Athenagorae (Ien. 1733. 4^o) p. 63: „Neque vero celabo librum De resurrectione mortuorum totum censi posse philosophicum.“ Clarisse l. c. p. 57: „Eius dissertationem de resurrectione acuminis, quo gaudebat auctor, philosophi sapientiaeque testem fidelissimum merito vocaveris.“ Baumgarten-Crusius *Comp. d. christl. Dogmengesch.* P. I (Lips. 1840) p. 82. Ritter l. c. p. 308.

*) Sic omnes iudicant viri eruditi. Ut duo saltem testimonia afferam, G. E. Petri (*Allg. Encyclopädie d. Wissensch. u. Künste v. Ersch u. Gruber*, Sect. I. Tom. 6, Lips. 1821, p. 176) ait: „Die Bittschrift, *πρὸς βεβαίαν*, des Athenagoras zeichnet sich durch einen gemässigten Ton und wohlgeordneten, nicht unberedten Vortrag aus. In Verbindung mit dem Schlusse derselben steht seine an philosophischem Geist und Bündigkeit alle ähnlichen Schriften der Kirchenväter seiner Zeit übertreffende und noch jetzt sehr beherzigungswerthe Abhandlung über die Auferstehung der Todten (d. h. des Leibes).“ J. A. Möhler (*Patrologie*, herausgeg. v. F. X. Reithmayr, T. I. Regensb. 1840. p. 268): „So wenig wir von Anderen über Athenagoras erfahren, so ungewiss er uns selbst über seine äusseren Lebensverhältnisse lässt, ein ebenso sprechendes Zeugnis von seinem freien Geiste, seiner umfassenden Bildung und gediegenen Beredsamkeit ist in seinen beiden Aufsätzen unwillkürlich hinterlegt worden.“

**) Praeunte Suffrido Petro l. c. p. 90: qui idcirco a Lindnero in praef. edit. p. X vituperatur.

Quodsi cuiusvis bene dicentis est dicere perspicue, graviter, suaviter: nullam harum orationis virtutum Athenagoras neglexit*).

Perspicue eum dicere nemo negabit. Plerumque res breviter exponit, dein amplificat, denique iusta argumentatione stabilis; sententia satis manifesto ex verbis apparet. Raro prolixioribus periodis usus est. E. gr. Suppl. c. 12: *Εἰς' οἱ μὲν κτλ.*, c. 20: *Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν κτλ.* De res. c. 18: *Εἰ δὲ κατὰ τοῦ συναμφοτέρου κτλ.* Raro consecutus est significaciones vocabulorum vel formulas dicendi minus solitas. Sic *μεγάλοι βασιλέων* (*magni inter reges*) pro *μεγάλοι βασιλεῖς* s. *μέγιστοι βασιλέων* compellantur Suppl. c. 1, *ὁ λόγος* de religione usurpatur cc. 2. 4. 9. 11, imperatores *ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὀρμώμενοι* h. e. *philosophia et eruditione omni imbuti* dicuntur c. 2, *ἡ χροία τοῦ κόσμου* memoratur c. 4, *κρατεῖν θεῶν* valet i. q. *deum tenere* c. 6, *διαίρειν* et *τέμνειν* est i. q. Latinorum *distinguere* c. 23, *τὰ ἐπισυμβεβηκότα θεῶν* sunt *attributa dei* c. 23, bonitas in deo vocatur *συγκρασμένη* h. e. *penitus infixa* quemadmodum color in corpore c. 24, ut nonnulla alia, e. c. *ἀποκτείνειν πρόδρῶν τινά* c. 3 et *τὸ θεολογικὸν μέρος* c. 10, hic silentio praetermittam**). Raro verba adhibuit parum usurpata sive sequiori sermonis graeci aevo nata: in quorum numerum refero *ἐναποσφραγιζέσθαι* c. 27, *εὐνουχία* c. 33, *θεοδίδακτος* cc. 11. 32, *θεόφωτος* c. 11, *συγκαταπίπτειν* c. 31, *συναποφέρειν* c. 2, *συνεκφωνεῖν* c. 22, τη-

*) Cf. Clarisse l. c. p. 76sqg.

**) Quae castus interest facile in „Indica verborum“ ad calcem Tomi coniecto reperiet.

νάλλως c. 16. Raro vocabula ἀπαξ λεγόμενα sibi indul-
sit: ut Ἡρακλειωτικός Suppl. c. 20, ἰνδαυματώδης c. 27,
κατασπεδάζειν c. 1, ποροπλαθική c. 17 (παραθολοῦν c. 32)
προσπηλακίζειν (κατὰ κόρηος) c. 1, ὑποδιαλλάσσειν c. 20*).

Graviter eum dicere, hoc est id agere ut sua
mens recte sentiatur atque ita lectoris animus ad rem
de qua agit amandam, agendam, contemnendam in-
citetur, patet ex plurimis sarcastice dictis. E. g. in
Suppl. c. 34 post, quam adversarios maligne Chri-
stianis ἀνθρωποφαγίαν obiicere dixit, addit καὶ τοῦτό
ἐστι σαρκῶν ἀπιεσθαι ἀνθρωπικῶν, nimirum Christianos
persequi. Patet ex interrogationibus cum indigna-
tione prolatis. C. 20: Τί τὸ σεμνὸν ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύ-
της ἱστορίας, ἵνα πιστεύσωμεν Θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν
Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιπούς; Αἱ διαθέσεις τῶν σωμάτων;
Καὶ τίς ἂν ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν Θεωρίᾳ γεγονώς ὑπὸ
Θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἔχιδναν; Ex proverbiiis apto
loco adhibitis: ut c. 34 ἡ πόρνη τὴν σώφρονα.

Suaviter eum dicere, hoc est oratione uti
composita ad lectorum aures deliniendas et benevo-
lentiam captandam, inde liquet quod ornate plerumque
dicat. Saepenumero elegantiores descriptiones of-
fert, ut tyranni De res. c. 19: ὃ τε μηδὲν περὶ Θεοῦ δο-
ξάζων ἀληθές, ὕβρις δὲ πάση καὶ βλασφημίᾳ συζῶν, καὶ πα-
ρορῶν μὲν τὰ θεῖα, καταλύων δὲ νόμους, ὕβρισας δὲ παῖδας
ἰμοῦ καὶ γυναῖκας, κατασκάψας δὲ πόλεις ἀδίκως, ἐμπρήσας
δὲ οἶκους μετὰ τῶν ἐνοικούντων καὶ δηϊώσας χώραν, καὶ τού-
τοις συναφανίσας δήμους καὶ λαοὺς ἢ καὶ σύμπαν ἔθνος κτλ.
Comparisonibus saepe utitur ad rem aptissimis. Ut
exempla afferam, comparat imperatores, qui ex pau-

*) Voces Ἡρακλειωτικός, ἰνδαυματώδης, προσπηλακίζειν non in-
veniuntur in Stephani Thesuro graecae linguae, ex editione Car. Ben. Hase:

cis testimoniis innocentiam Christianorum perspicere possent, cum eo qui mel et serum explorat, ex parte exigua iudicans de tota re an bona sit (Suppl. c. 12); deum universum mundum regentem cum imperatoribus imperium romanum tenentibus (c. 16); eum qui materiam pro deo colit cum illo qui limum nec figulum admiratur (c. 15) vel navem pro gubernatore habet (c. 22); eum qui primum errores refutat ac deinde veritatem demonstrat cum agricola, qui semen agro non mandat nisi prius ab herba inimica purgato, et cum medico, qui corpus curare nequit nisi antea nocentia ex corpore expulsa sint (De res. c. 1). Nonnunquam antithesibus orationem ornat. Suppl. c. 1: *Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας.* Nullibi vehementius, ut Iustinus, in imperatores invehitur*), sed, ubi eos ad causam Christianorum melius cognoscendam hortatur, elegantia utitur ad benevolentiam colligendam: quapropter laudat eorum *τὸ πραῖον καὶ ἡμερον καὶ τὸ πρὸς ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον* (c. 1), honorificentissimis eos verbis appellat *μειζίστους καὶ φιλανθρώπους καὶ φιλομαθεστάτους βασιλεῖς* (c. 2), *συνέσει καὶ τῆ περὶ τὸ ὄντως θεῖον εὐσεβείᾳ τοῦς ἄλλους προὔχοντας* (c. 7), *πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ παιδείᾳ χρηστοὺς καὶ μετρίους καὶ φιλανθρώπους καὶ τῆς βασιλείας ἀξίους* (c. 37), neque vult quae breviter dixit ulterius persequi, quia id illi ipsi rectius noverant, *ὡσανεὶ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι* (c. 2). C. 6: *οἶδα γάρ, inquit, ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχύϊ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε τοσοῦτον καὶ τῷ πᾶσαν παιδείαν*

*) Iustinus Apol. I. c. 2: *οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσουσες ἀλλ' ἀκατηύχαστες . . . προσεληλύθαμεν.* Quia imperatoribus aeternas poenas minatus est nisi Christianis faverent: I. c. cc. 17. 45.

ἀκριβοῦν πάντων κρατεῖτε, οὕτω καὶ ἑκάστον παιδείας μέ-
ρος κατορθοῦντες ὡς οὐδὲ οἱ ἐν αὐτῆς μύριον ἀποτεμνόμενοι.
Simili modo loquitur cc. 9. 11. 17. 22. 23. 24.

VI. Argumenta Operum*).

1. Supplicatio pro Christianis.

Athenagoras in exordio Supplicationis suae, Marco Aurelio eiusque filio Commodo a. 177 obla-
tae, conqueritur quod sub aequis imperatoribus Chri-
stiani neque in summa erga deum pietate eandem
ac alii in absurdis superstitionibus licentiam (c. 1)
neque in summa morum innocentia eandem ac gravis-
simorum criminum rei formam iudiciorum obtineant
(c. 2). Tria dicit afficta esse Christianis crimina:
atheismum, Oedipodeos concubitus, Thyesteas coenas
(c. 3).

I. Christianos atheismi falso accusari probat
ex eorum de uno vero deo doctrina (c. 4): cui quum
similia dixerint poetae (c. 5) et philosophi (c. 6),
nec tamen visi sint athei, multo minus hoc crimine

*) Analysis etiam dederunt Io. LANGUS l. c. I. p. 214 sqq. (coll. De-
chairii edit. Athen. Praef. et p. 141 sq.), Nic. LE NOURRY l. c. p. 471 sqq.,
REMY CEILLIER Histoire génér. des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II, Par.
1780. 4^o, p. 113 sqq., PRUD. MARAN l. c. p. 277 sq. 314 (coll. Lumpfer
Histor. theol.-crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum. P. III,
Aug. Vind. 1784, p. 61 sqq., et Permaneder Biblioth. patrist. Tom. II,
Landsh. 1842, p. 178 sq. 180 sq.), Io. GOTTL. LINDNER l. c. p. XXV sqq.,
Abbé DE GOURCY Anciens Apologues de la religion chrétienne, Par. 1785.
Vol. I, W. MÜNSCHER Handb. d. chr. Dogmengesch. P. II, Marb. 1804,
p. 483 sqq., TH. ADR. CLARISSE l. c. p. 48 sqq. 58 sqq. I. A. MÖHLER
l. c. p. 268 sqq. 272 sqq. H. RITTER l. c. p. 313 sqq., AD. BOSSERT
Etude sur les commencements de la dogmatique chrétienne. Le traité
d'Athénagore sur la résurrection des morts. Strasb. 1855. p. 16 sqq.

notandos esse Christianos, qui non, ut poetae et philosophi, deum frustra quaesiverint sed spiritus divini effatis nitantur (c. 7). Hanc Christianorum doctrinam confirmari incommodis ex deorum multitudine consequentibus (c. 8) et prophetarum testimoniis (c. 9). Hinc iam satis apparere dicit Christianos non esse atheos. Magis vero hoc inde elucescere quod illi cum deo patre ipsius quoque filium colant et spiritum sanctum. Quamquam ne illic quidem consistere Christianorum *θεολογικὸν μέρος* docet, sed eos etiam angelos agnoscere (c. 10). Quin etiam ex morum sanctitate Christianorum apparere eos revera deum colere (c. 11), cui aliquando ratio vitae transactae reddenda sit (c. 12).

Postquam sic in universum demonstravit Christianos falso dici atheos, peculiariter ea refutat quae calumniatores ad calumniam suam aliquatenus confirmandam protulerant.

Quum autem criminatio inde potissimum orta sit quod nec sacrificarent Christiani nec deos a civitatibus gentilibus receptos colerent, primum ostendit deum summum istis sacrificiis non indigere, cui gratus sit tantummodo rationalis cultus (c. 13), deinde civitates ipsas demonstrat in diis colendis non convenire dum aliae alios colant (c. 14); immo si omnes in hac superstitione convenirent, tamen nihil inde praesidii esse his diis, laudandos potius Christianos quod creatorem a re creata discernant (c. 15), nec mundum aut partes mundi, nedum opera hominum colant (c. 16), neque deos quorum nomina valde recentia et statuae nudius tertius inventae (c. 17).

Nonnulli vero obiiciebant cultum statuis adhibi-
tum ad ipsos deos referri. Respondet deos illos poe-
tis (c. 18) et philosophis (c. 19) consentientibus crea-
tos esse ac proinde non colendos. Quod etiam ex
absurdis eorum figuris, prave factis (c. 20), cupidi-
tatibus, amoribus (c. 21) evincit, quae frustra ad na-
turam revocari demonstrat; si enim, quod quibusdam
placet, v. c. Iuppiter ignis sit, non deus est (c. 22).

Sed quum obiiceretur miracula interdum ad deo-
rum simulacra fieri, opinatam illam efficaciam ut ex-
plicet, affert sententias Thaletis et Platonis de dae-
monibus (c. 23). Daemones istorum quae ad statuas
fiant auctores esse docet: quorum deinceps originem
et naturam fusius explicat. Etenim docet angelos a
Christianis agnosci eosque, quum dei operibus prae-
positi fuissent, alios in officio permansisse, alios esse
praevaricatos mulierumque amore captos: unde nati
sint gigantes sive daemones (c. 24). Hi, inquit, dae-
mones, itidem ut mali angeli, dum bono dei adver-
santur, locum dederunt nonnullis providentiae per-
peram negandae (25). Hi nidorum avidi ad simula-
cra homines trahunt et eorum nomina, quibus erectae
sunt statuae, sibi arrogat (c. 26); perficiunt ut ad
infirmas animas, tamquam a simulacris, visa inania
effluant; et si quid anima aut coniciendo divinet aut
medendo et curando navet, huius rei gloriam arri-
piunt (c. 27). Quum c. 17 promisisset se de nomini-
bus deorum dicturum idque leviter perstrinxisset,
paullo uberius probat ex Herodoto (c. 28) et poetis
(c. 29) deos illos homines fuisse, et quomodo divini-
tatis existimationem assecuti sint investigat (c. 30).

Iam pergit ad reliqua crimina Christianis afficta, de quibus in antecessum observat mirum non esse haec contra illos proferri, quippe quum Pythagorae aliorumque exemplo satis appareat semper virtuti vitium esse oppositum; atque satis ista confutata esse ex Christianorum doctrina de deo et aeterna remuneratione (c. 31).

II. Quod ad Oedipodeos concubitus attinet, demonstrat Christianos huius criminis, quod Gentiles de diis suis vere praedicent, falso accusari: quippe qui liberiores ad aspectum adulterium ducant, in osculis cautionem adhibeant (c. 32), usum matrimonii liberorum procreatione definiant, virginitatem perpetuam colant, secundas nuptias speciosum vocent adulterium (c. 33). Inique fieri ut adulteri et puerorum corruptores in eunuchos et unicis nuptiis contentos invehantur, raptores et malefici in homines non solum iustitiae sed etiam patientiae cultores (c. 34).

III. Denique Christianos exponit Thyesteorum coenarum falso accusari. Nam, inquit, tales epulae sine homicidio fieri nequeunt. At nemo unquam vidisse se dixit hominem a Christianis occisum. Nulla eiusmodi facinoris est suspicio in iis qui ne iustam quidem caedem adspicere volunt, nedum gladiatorum ludos, qui abortivis medicamentis uti homicidium, liberos exponere parricidium existimant (c. 35), qui futuram mortuorum resurrectionem expectant: quae quidem doctrina neque ridicula neque nova haberi debet, quum ipsis philosophis gentilibus fuerit probata, de eaque plenius se aliquando disputaturum pollicetur (c. 36).

In conclusione (c. 37) aequum esse dicit ut, quum omnes criminationes contra Christianos collatas diluerit, imperatores petitioni pro sua in omnes humanitate adnuant.

2. De resurrectione mortuorum.

Athenagoras dividit hunc librum, haud diu post Supplicationem exaratum, in partes duas, quarum in prima allatas ab adversariis de resurrectione opiniones refellit, in altera christianam de eadem doctrinam argumentis confirmat. Quem quidem ordinem observat huic de resurrectione pertractationi maxime convenire (c. 1).

I. In prima igitur parte ostendit nihil esse quare adversarii dubitent an corpora hominum restitui possint. Statuit eos qui resurrectionem impossibilem dicunt, si rerum causam deo adscribant, demonstrare debere deum aut non posse aut nolle mortuos ad vitam revocare. Utrumque vero esse absurdum.

Nam ut deus dicatur resurrectionem perficere non posse, denegandam ei esse vel scientiam vel facultatem. At neque deum ignorare quomodo corpora ad vitam revocentur, qui noverit quomodo in prima generatione formarentur (c. 2), neque deesse ei potestatem corpora restituendi, cui fuerit potestas ea creandi (c. 3).

Obiiciebant autem increduli elementa corporum humanorum inter se misceri, quum belluae homines interdum devorent et ab iis vicissim comedantur; quin exempla exstare hominum qui se invicem de-

vorarint (c. 4). Verum respondet unicuique animali convenientem a deo provisum esse cibum eumque solum nutriendis in alimentum cedere (c. 5), quidquid autem contrarium est id variis modis eiici (c. 6), aut saltem ad alendas eas partes quae solae resurgenti corpori necessariae sunt numquam transire (c. 7). Quare nihil ab adversariis evinci dicit, nisi carnem humanam homini naturalem esse cibum demonstraverint (c. 8).

Aliam obiectionem a figulis et fabris petitam, ut qui opera sua contrita non possint renovare, paucis absolvit, imposito nimirum discrimine quod hominis inter atque dei potentiam intercedit (c. 9).

Neque dici posse contendit deum nolle mortuos ad vitam revocare. Id enim nollet, vel quia iniustum vel quia deo indignum: at neutrum omnino dici potest (c. 10).

II. His contra adversarios absolutis nonnulla disserit de ratione a se in hoc libro adhibita. Iam ad alteram partem transit in qua demonstrat vera esse quae de resurrectione dicuntur. Quam quidem sese probaturum pollicetur triplici argumento: ex causa qua homo creatus, ex natura eius, ex iudicio dei (c. 11).

Etenim homo non ad usum alterius creatus est, sed ut esset et deum perpetuo contemplaretur: quare perire non potest (c. 12), sed ex dei consilio in homine creando probatur resurrectio (c. 13).

Causam sequitur natura, neque accurate ratiocinantur qui causam resurrectionis omnem ex iudicio repetunt (c. 14). Haec autem natura in eo posita

est ut homo constet ex anima et corpore (c. 15): et quum animali composito ex anima et corpore unus idemque sit finis, necessaria est perpetuitas ac proinde et resurrectio. Etsi autem haec animae et corporis coniunctio morte interrumpitur, non tamen desperanda resurrectio: sed ut vita praesens, etsi somno et variis mutationibus interrumpitur, eadem tamen vita dicitur, ita etiam de hominis in sua natura perpetuitate ratiocinandum (c. 16), et resurrectionem, velut ultimam mutationum omnium, exspectandam probatur ex variis mutationibus quae homini superveniunt (c. 17).


Iudicium dei, quum iustum sit, in animam et corpus hoc est in totum hominem ex utroque compositum dirigi debet; multa enim sunt peccata, quae anima non nisi cooperante corpore perpetratur, unde etiam corpus puniendum. Atque id quidem statuit adversus eos qui de primis principiis consentiunt (c. 18). Contra alios demonstrat aut nullam esse providentiam, aut bene et male factorum mercedem a deo tribuendam: quod quidem non in hac vita evenire manifestum est; nec post mortem fieri potest (c. 19), si aut anima et corpus pereat aut solum corpus (c. 20). Iniustum enim esset solam animam remunerari aut puniri, quum et corpus bene et male factorum particeps fuerit (c. 21): immo virtus et vitium ne cogitari quidem possunt in sola anima (c. 22), neque leges soli animae sed toti homini imponuntur (c. 23).

Quartum addit argumentum ex fine petito, ad quem homo fuerit creatus. Hunc finem neque in

in dolentia neque in corporeis voluptatibus positum esse docet (c. 24), neque etiam in anima a corpore separata: unde concludit necessariam esse resurrectionem (c. 25).

ANALYSIS LIBRI DE RESURRECTIONE.

Partes sunt duae :



VII. De inscriptione et aetate Supplicationis.

Prima statim fronte libri apologetici verba habentur: *Ἀθηναγόρου ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ προσβεία περὶ χριστιανῶν*. Quae quidem Suffridus Petrus putavit ab ipso Athenagora posita esse, excepta tamen appellatione *χριστιανοῦ*, quippe apud Imperatores maxime odiosa: quae posteriori saeculo „commendandi libri causa“ adiecta sit. Hanc opinionem iam Lindnerus improbavit. Quis enim philosophus alius nisi christianus defendere Christianos aut potuit aut voluit? Neque erat cur apologeta appellatione odiosa abstineret, quum non minorem offensionem incurrat qui se Christianum profiteatur quam qui Christianorum defensionem suscipit. Abest illud vocabulum in codice Petrino atque in Lubanensi: deprehenditur vero in caeteris-codicibus mstis, antiquissimis quoque Parisinis 1. 2 et Mutinensi. Parisinus 3 inverso ordine *χριστιανοῦ φιλοσόφου* praebet, Ottobonianus 1 *φιλοσόφου χριστιανῶν* habet, Angelicus et Bodleianus 1 omiserunt *ἀθηναίου*. Vide supra p. XIII sqq. Omnes, quod sciam, nomen *χριστιανοῦ* istud pro substantivo habuere: quapropter etiam Ferdinandus Guerike*) in hunc modum interpunxit: *Ἀθηναγόρου, Ἀθηναίου, φιλοσόφου, χριστιανοῦ, πρ. π. Χρ.* Mihi autem videtur *χριστιανοῦ*, tametsi ad rationem *ἐπιθέτου* usurpatum nusquam legi, cum

*) De schola quae Alexandriae floruit catechetica. P. I. p. 22.

φιλοσόφου iungendum esse, ut Athenagoras philosophus dicatur, non stoicus aut epicureus etc., sed christianus. Quam sententiam Car. Ben. Hase in literis ad me datis assensu comprobavit*). Aequè Constantinus Kontogones Atheniensis**), ut iam video, membra sic distinxit: Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου, φιλοσόφου χριστιανοῦ, Πρ. π. Χρ.

Omnes fere scriptores antiquiores***) verba Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν interpretati sunt „Legatio pro Christianis“: unde Athenagoram coniecerunt legatione ad Imperatores functum fuisse, quibus libellum offerret****). Dubitandum non est quin ille vo-

*) Inter alia haec scripsit: „Von χριστιανός als eigentlichem Adjectiv finde auch ich kein Beispiel, aber doch, glaube ich, muss es als appositum in dem Titel bei Athenagoras zu φιλοσόφου gezogen werden, philosophi christiani. Χριστιανικός, wie Sie richtig bemerken, ist häufig, und im Superlativ ein Ehrentitel der griechischen Kaiser. So, χριστιανικώτατος ὢν βασιλεύς, in einem Briefe des Papstes Felix III. an den Kaiser Zeno, herausgegeben von Gretser, Variorum pontificum ad Petrum Gnaphum Eutychianum epistolae etc., Ingolstadii 1616. in-4^o, p. 68. lin. 10.“

**) Φιλολογικὴ καὶ κριτικὴ Ἱστορία τῶν κατὰ τὰς τρεῖς πρώτας τῆς ἐκκλησίας ἑκατονταετηρίδας ἀκμασάντων ἀγίων πατέρων καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν. Ἐν Ἀθήναις 1846. p. 255.

***) Centuriatores Magdeburgenses, Baronius, Tentzelius, Mosheimius, Maranus, alii.

****) Henr. Dodwellus a caeteris in hoc dissentit, quod praesentibus Imperatoribus apologiam ab Athenagora recitatam existimet. Id colligit ex verbo προσεφώνησεν apud Philippum Sideten, saeculi quinti scriptorem, qui in fragmento de Catechetis Alexandrinis, a Dodwello (e cod. Barocc.) edito ad calcem Dissertt. in Irenaeum (Oxon. 1689) p. 488, ait: Ἀθηναγόρας . . ., κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου [sic], οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν. Sed haec valent: „quibus etiam legatoriam“, vel rectius „supplicem“, „orationem pro Christianis inscripsit“. Cf. Photius Biblioth. c. 155. Sic προσφωνεῖν apud Simplicium in prooemio Comment. in Epictetum idem est ac dedicare: ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθναυμακότι.

luerit sua legi ab Imperatoribus. At libellus legati nequit dici legatio. Quid igitur? *Προσβεία* hic, ut iam in Sirletiano apposita nota exegetica *ἢ ἀπολογία* (vid. supra p. XIX sq.) indicatur, non legatio est, sed supplicatio sive deprecatio: quae quidem significatio bene quadrat ad libellum supplicem, qualem Athenagoras pro Christianis composuit. Vid. Stephani Thesaurus gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. VI. (Par. 1847. Fol.) p. 1581 et Du Cange Glossarium ad scriptores med. et inf. graecitatis T. I (Lugd. 1688. Fol.) p. 1223; de voce Supplicationis pari modo de libello supplice usurpata cf. Eiusdem Glossarium ad scriptores med. et inf. latinitatis T. VI (Par. 1736. Fol.) p. 895.

Habent Lubanensis et Petrinus *ὑπὲρ Χριστιανῶν* *), idemque placet Suffrido Petro**), pro *περὶ Χριστιανῶν*, quod comparet in caeteris codicibus mstis. Utriusque praepositionis, saepenumero a librariis commutatae, significatio in hac phrasi commoda est; noli igitur illud *περὶ* codicibus firmatum in suspicionem vocare. Vid. A. Matthiae *Ausf. griech. Gramm.*, ed. 2 (Lips. 1825), p. 1175 sq. et G. B. Winer *Grammatik des neutest. Sprachidioms*, ed. 6 (Lip. 1855), p. 333 sq. 366; add. Justin. Dial. c. Tr. c. 34 (= Corp. Apoll. Vol. II) ed. 2. p. 114.

*) Incertum est utrum Philippus Sidetes, cuius verba in nota praeced. attuli, in suo codice legerit *ὑπὲρ Χρ.*, nec ne. Is scriptor plena fide non dignus; aut codicem veloci oculo inspexit, aut ista verba memoriter pronuntiavit: videlicet Apologiam contendit inscriptam Hadriano et Antonino (Pio), et ex *προσβεία* effecit *προσβεντικόν*.

**) Etiam Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 174: *Πρ. ὑπὲρ τῶν [sic] Χρ.*

n. 16. — Suppl. c. 2 ἀπολογισθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου. C. 22 ἀπολ. ὑπὲρ τῶν θεῶν. Isocrates in Busir. Encom. dicit ἀπολογία ὑπὲρ Βουσίριδος et in Helen. Encom. ἀπολογισθαι προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἔχόντων. Xenoph. Cyr. III. c. 3. §. 44: ὑπὲρ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν καὶ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὲρ οἴκων καὶ περὶ γυναικῶν etc. Lib. 2 Macc. 1, 6. 12, 44. 15, 14 προσεύχεσθαι ὑπὲρ εἰ περὶ τινος. Liber pro Iudaeis a Philone scriptus, ut Maranus advertit, vocatur ab Eusebio Hist. eccl. II. c. 18 ὁ περὶ Ἰουδαίων λόγος. Valesius vult legi ὑπὲρ Ἰουδαίων, quia Eusebius Praep. ev. VIII. c. 10 locum profert ex Philonis ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας. Sed quum Suidas Philonianum librum περὶ Ἰουδαίων memoret et Ruffinus locum Eusebianum reddat verbis „De Iudaeis apologeticus liber,“ quo etiam modo Hieronymus vertit: nihil in Eusebio mutandum est. In epistola Maximiani ad Cyrillum haec leguntur: μὴ ἀμβλαῖ τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας. Pariter πρεσβεύειν ὑπὲρ εἰ περὶ apud veteres patres exstat, ut exempla docent proposita in Glossario graecitatis supra laudato. Praepositiones istae belle distinguuntur ab Athenagora, qui De resurr. c. 1 λόγων διπτῶν mentionem infert: τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας.

Supplicatio nuncupata est duobus imperatoribus Marco Aurelio Antonino et Lucio Aurelio Commodo: Ἀντακρίτορσιν Μάρκῳ Ἀύρηλίῳ Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ Ἀύρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον Φιλοσόφοις. Ita codices msti optimae notae legunt. Cf. infra p. 2. n. 2.

De priori imperatore non est dubium quin sit

Marcus Aurelius Antoninus cognomine **Philosophus**, Antonini Pii ex adoptione filius et successor. Sed altero nomine quinam designetur imperator, viri docti magnopere inter se dissentiunt: immo sunt qui in illa inscriptione librarios errasse arbitrentur. Alii praeunte Iosepho Scaligero *) intelligunt **Lucium Verum** (L. Aelium Aurelium Verum, † 169) Antonini fratrem; alii Suffrido Petro facem praeferente **) **Lucium Aelium Commo-**

*) I. Scaliger Animadvv. in Chronologica Eusebii (Thesaur. tempor. Eusebii etc. Amst. 1658. Fol.) p. 221. Henr. Dodwell Dissertt. Cyprian. (Oxon. 1684) Diss. XI. §. 37sq. p. 261sq. Ant. Pagi Critic. in Annal. Baronii ad a. 177. T. I (Colon. 1705. Fol.) p. 174sq.; coll. eiusd. Dissert. hypat. (Lugd. 1682. 4^o) p. 216. Io. Clericus Histor. eccl. duorum prim. saeculorum (Amst. 1716. 4^o) p. 702. Cas. Oudin. l. c. (1722) p. 206. I. Dan. van Hoven Disp. [contra Mosheimium] de inscriptione et vera aetate Legationis Athenagorae pro Christianis. Lingae 1752. 4^o; repetita sub nomine Iani Diaconi Hortensii de Villa nova (= I. D. v. Hoven) in: (Conr. Iken) Symbolarum literariorum ad incrementum scientiarum omne genus Collect. II (Hal. 1754) p. 163sq. I. G. Lindner in edit. Suppl. (1774) p. 2. — Iuvat saltem adnotasse ridiculam A. Kestneri (*Die Agape oder d. geh. Wellbund d. Christen*, Ien. 1819, p. 351) sententiam, ex qua Supplicatio Athenagorae sub Antonino Pio ac Marco Aurelio intra spatium annorum 147 et 161 scripta est. Vide quae contra monuit H. C. A. Eichstaedt in Exercitatione Antoniniana I, Annalibus acad. Ienens. (Ien. 1823. 4^o) inserta p. 237.

**) Suffr. Petrus in transl. Suppl. (1567) p. 96sq. Caes. Baronius Annal. eccles. ad a. 179. T. II (Rom. 1590. Fol.) p. 213. Pet. Halloix Illustrium eccles. orient. scriptt. vitt. et docum. T. II (Duac. 1636. Fol.) p. 293sq. Ad. Rechenberg in edit. (1684) p. 3sq. L. El. du Pin Nouv. biblioth. des auteurs ecclés. ed. 3. T. I (Par. 1693. 4^o) p. 65. Wilh. Ern. Tentzel Exercitationes selectae (Lips. 1692. 4^o = Miscellan. eccles., ibid. 1708) P. L. p. 203sq. 450. Seb. le Nain de Tillemont Mémoires pour servir à l'hist. ecclés. T. II (Par. 1694. 4^o) p. 349sq. 671sq. Sam. Basnage Annal. pol.-eccles. T. II (Roter. 1706. Fol.) p. 160sq. Io. Laur. Mosheim Diss. de vera aetate Apologetici Athenagorae pro Christianis: quae primum edita est in Biblioth. Bremens. Cl. II. Fasc. I (Brem. 1718) p. 853sq., dein prodit auctior in

dum (L. Aelium Aurelium Commodum) Antonini filium. Uterque enim Antonini in imperio fuit socius, uterque dictus Commodus. Pauci hanc controversiam in medio relinquunt *).

Recte autem sentiunt qui ad Commodum Marci Aurelii filium inscriptionem referunt. Nam Lucius Verus, posteaquam ab Antonino ad imperii consortium adscitus est, Commodi nomen deposuit. Id Julius Capitolinus testatur **). Et numi in ipsius honorem post adoptionem excusi perpetuo non Commodi sed Veri nomen offerunt. Illa vero nomina habemus comperta de Commodo Antonini filio. Is enim ab initio Commodi nomen accepit idque postquam imperium adeptus est retinuit. Lubenter caremus Stephani le Moyne ***) emendatione *Αιλίου* (Aelio Aurelio Commodo) pro *Αουρίου*:

eius Observatt. sacr. lib. I. c. 4 (Amst. 1721) p. 193 sqq. et Dissertt. ad histor. eccles. pertin. Vol. I (Alton. 1733, ed. 2. 1743) p. 269 sqq. Rémy Ceillier l. c. (1730) p. 113. Andr. Pol. Eoyser Diss. de Athenagora Atheniensi philosepho christiano (Lips. 1736. 4^o) p. 19 sqq. Prud. Maran in edit. (1742) Praef. p. CXII sq. (quocum faciunt I. A. Orsi Istoria eccles. T. II, Rom. 1747. 4^o, p. 247, G. Saccarelli Hist. eccles. T. III, Rom. 1773. 4^o, p. 134 sq., G. Lumpert l. c. p. 57 sqq.) I. G. Lindner in Cur. poster. (1775) p. 5 sq. Th. Adr. Clarisse l. c. p. 27 sqq. Th. Mommsen in Bauri et Zelleri *Theolog. Jahrbücher*. T. XIV (Tub. 1855) p. 250. Io. Car. Th. Otto De inscriptione et aetate Apologiae Athenagoricae: in Illg. - Niedn. *Zeitschr. f. d. histor. Theologie* (Lips.) 1856. Fasc. IV. p. 637 sqq.

*) Ut Nouarrus l. c. p. 479, postquam utriusque sententiae firmamenta proposuit, dicens: „Scire sufficiat omne extra dubium esse hanc Legationem ab Athenagora intra annum 165 et 178 editam in lucem.“ Etiam Baylius in *Diction. hist. s. v. Athenagoras*.

***) Qui in vita M. Antonini c. 7 et in v. Veri c. 4 tradit „Marcum dato fratri imperio et adulta tribunitia potestate, proconsulatus etiam honoratelo, illum Verum vocari praecipisse, quum ante Commodus vocaretur.“

****) Var. Sacr. T. II (Leyd. 1685. 4^o) p. 170.

qua nihil lucratur, quum uterque imperator et Lucius et Aelius dicatur *).

At obiiciunt adversarii cognomina in inscriptione nominibus imperatorum adiecta: Ἀρμενιάκως, Σαρματικός, τὸ δὲ μέγιστον Φιλοσόφως: ex quibus concludunt non Commodum filium sed Verum fratrem hic intelligi. Contendunt enim Armeniacum nunquam appellatum esse Commodum, bene tamen Verum. Nam constare ex Capitolino, postquam eius duces Armeniam occupassent, ipsi nomen Armeniaci acquisitum esse, quod dein cum Marco Aurelio Romae tum agenti sit communicatum **). Armeniaci titulum suscepit Verus a. 163 p. Chr., Marcus a. 164. Paulo post additus est titulus Parthici, qui comparet primum in Marci tribunatu XX. a. 166. Utroque titulo et Armeniaci et Parthici usus est Marcus quoad frater vixit, h. e. ad annum usque 169 ***). Tum mortuo fratri hos titulos velut proprios permisit, se autem Germanicum appellavit ****), eodemque titulo Commodus filius insignitus est †): qui quovis tem-

*) Apud Capitol. in Vero c. 1.

***) Vit. M. Anton. c. 9: „Gestae sunt res in Armenia prospere per Statium Priscum Artaxatis captis, delatumque Armeniacum nomen utriusque principum, quod Marcus per verecundiam primo recusavit, postea tamen recepit.“ Plenius idem in Vero c. 7: „Parthicum bellum Statius Priscus et Avidius Cassius et Martius Verus per quadriennium confecerunt, ita ut Babylonem et Mediam pervenirent et Armeniam vindicarent, partumque est ipsi nomen Armeniaci, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est.“

****) L. Eckhel Doctrina numerum vett. Vol. VII (Vindob. 1797. 4^o) p. 72.

*****) Capitol. in M. Anton. c. 12. In numis Germanicus appellatur iude ab anno 172, prius vero in tabulis marmoreis. Cfr. Eckhel p. 59 et L. Gruterus Corp. inscriptt. T. I (Amst. 1707. Fol.) p. CCLX. n. 1.

†) Teste Lampridio in vita Commodi c. 11: „Appellatus Germani-

pore abstinuit nomine Armeniaci. Quapropter Tenzelius et Mommsenus facili emendatione pro Ἀρμενιανοῖς censuerunt Γερμανικοῖς legendum esse, id quod optime patri filioque congruit*). Quamquam haud ausus sum equidem mutare. Fortassis enim ista scriptura minus apta non a librariis profecta est, sed ab ipso Athenagora. Iam sagacissimus Tillemontius ait: „Nous ne voyons rien qu'on puisse opposer à cela, sinon qu'on ne donne point à Commode le titre d'Arméniaque et que M. Aurèle le quitta lorsqu'il prit celui de Germanique. Mais l'ayant eu une fois, il n'est point étrange qu'on ait continué à le luy donner, quoiqu'il ne le prist pas luy mesme.“ Neque est opus cum Moshemio Ἀρμηνηνακῶ (sic) pro Ἀρμενιανοῖς scribere. Quod enim de pluribus loquatur Athenagoras, id offensionis nihil habet. Videlicet Commodus salutatur Armeniacus a Nostro in concinnitatis gratiam

cus idibus Herculeis, Maximo et Orphito coss.“ h. e. XV. Oct. u. c. 925 = p. Chr. 172. Coll. Eckhel p. 102.

*) Integra hic afferam verba doctissimi Mommsen: „M. Aurel führte den Titel Armeniacus nur 164—169, den Titel Sarmaticus seit dem J. 176. So ungeschickt also dieses Armeniacus ist, so auffallend und unerträglich ist das Fehlen des bei Vater und Sohn ganz constanten Titels Germanicus, und ich zweifle nicht, dass der Schreiber für Ἀρμενιανοῖς entweder schrieb oder schreiben wollte Γερμανικοῖς. Zum Beweise nur ein Auszug aus Commodus' Grabschrift (Orelli n. 887):

Imperatorī Caesarī Divī Marci Antonīnī Pīī Germanici Sarmatici Filio . . . L. Aelio Aurelio Commodo Augusto Sarmatico Germanico Maximo Britannico.

Wird diese Aenderung vorgenommen, so ist die Inscription correct und fällt die Schrift danach zwischen 176, wo Commodus den Titel Sarmaticus erhielt, und 180, wo M. Aurel starb. Das τὸ δὲ μέγιστον φιλοσόφως kann natürlich nur entschuldigt werden als eine individuelle Titulatur des Autors.“

propter parentem, cui titulus debetur; nequaquam poterat fieri quin utrique hoc nominis daret, quum utrumque in inscriptione coniungeret. — Alterum nomen, quo imperatores ab Athenagora appellantur, est *Sarmatici*, contra quod nihil potest in medium proferri. Nam eo nunquam insignitus fuit Verus: quum bellum Sarmaticum post ipsius mortem demum gestum sit. Adscivit illum titulum Marcus a. 176, et cum filio Commodo communicavit, Quadis superatis qui cum Marcomanis Vandalis Suevis appellatione Sarmatarum comprehenduntur*). Usus autem est Marcus titulis Germanici Sarmaticique coniunctis per sequens dumtaxat biennium, deinceps iis usque ad excessum in numis abstinuit; eodem anno 178 desierunt inscribi numis Commodi: at constanter inhaeserunt marmoribus**). Illud quum perspexissent adversarii, arte critica id quod obstabat in suas partes traxerunt, ita quidem, ut cum Dodwello et Pagio ex *Σαρματικοῖς* (Dodw. *Σαρματικοῖς*) efficerent *Παρθικοῖς* (Pag. *Παρθικοῖς*). „Quorsum vero delaberemur,“ inquit Leyserus, „si eo usque audacia nostra procederet ut quaecumque nobis in auctoribus antiquis displicerent pro lubitu vel delere vel mutare vellemus?“ — Restat nomen Philosophi, quod qui Lucio Vero inscriptam Supplicationem putant pro causa sua proferunt: quoniam illud Commodus, qui turpissimam vitam maximeque ab institutis philosophicis abhorrentem egerit, minime con-

*) Capitol. l. c. c. 17: „Marcomanis etc. extinctis ... Romae cum Commodus, quem iam Caesarem fecerat, filio suo, triumphavit.“

***) Cf. Eckhel p. 74. 136.

veniat, Vero autem a Iustino (in Apol. I) quoque tribuatur. At Verus num vitam gessit meliorem? Quodsi controversia componenda est ex vita, neutri certe competit titulus philosophi. Commodum quod attinet, possumus ad Pollucem provocare, qui eum „haeredem regni et sapientiae paternae“ dicit*). Sed ista verba veremur ne adulationem sapiant. Quid? Philosophi titulus (pariter atque Armeniaci) proprie ad Marcum pertinet, et — id quod etiam contra Mommsenium monendum — cum Commodum hic communicatur quod Athenagoras ab initio utrumque imperatorem allocutus est.

Insuper tria adversarii proferunt sententiae suae argumenta: quae vero nostrae sententiae magis favent quam obstant.

Primum est quod Athenagoras c. 37 de Christianis ait: *οτινες περι μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα ἵνα παῖς μὲν πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν.* Hoc votum Pagius contendit pronuntiari non potuisse, si Supplicatio Marco oblata fuisset filio regni iam particeps, propterea quod Marcus alium filium non habuisset praeter Commodum, hic vero nullos haeredes. At illo tempore, quo Supplicatio conscripta est, Commodus (natus a. 161) iuvenis fuit. Neque dicit scriptor *διαδέχεται*, id quod Gesnerus coniecit legendum, sed fortius *διαδέχησθε*. Respicit enim futuros eiusdem domus imperatoriae successores: quocirca antea habet generatim *περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας*, non speciatim *περὶ*

*) Onomast., dedicationis ad Commodum initio: *ὃ καὶ πατρὸς ἀγαθοῦ, πατρῶν ἐστὶ σοὶ κτῆμα καὶ ἴσον βασιλεία τε καὶ σοφία.*

ὑμῶν. Igitur, nulla certa persona iam intellecta, Christiani precari dicuntur ut imperium, semper a patre in filium translatum, in familia Antoninorum permaneat nec turbulentorum hominum consiliis huius familiae successio interrumpatur.

Alterum est quod Athenagoras verbis c. 1 *ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν* gratulatur imperatoribus de alta pace, qua iam imperium romanum fruatur. Id opinatur ad tempus Veri h. e. ad annum 168 pertinere *Dodwell*. Quem *Pagi* peccati in anno admissi arguit, quoniam tum temporis bellum adversus Germanos summo ardore gestum sit; quare annum 166 substituit, quo Verus finito bello Parthico pacem imperio reddiderit. Sed eodem anno ad bellum Marcomanicum iam priori anno coeptum se accinxit uterque imperator. Monuit *Basnagius* pacem nunquam fuisse restitutam Veri aetate sed tantummodo inducias factas. Quid igitur? Nullum tempus deprehendes magis ad istam gratulationem accommodatum, quam quo sub *Commodo* devictis Germanis et Sarmatis publica tranquillitas restituta est, id quod incidit in annum 176. Altissimam autem fuisse hanc pacem numus testatur apud *Fr. Mediobarbum* *):
M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. P. XXX.
 In postica: **PAX. AETERNA. AVG.**

Tertium est quod Athenagoras de morte *Peregrini Protei* c. 26 verbis agit hisce: *ὁ* (scil. ἀνδραῖς) *τοῦ Πρωτέως* (τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοῦσε βίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ

*) *Imperat. roman. numismata* (*Mediel.* 1730. *Fol.*) p. 225.

πύρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν) ... λέγεται χρηματίζειν. Quae Dodwellus et qui ab eo pendent ita interpretantur, ac si ipsa olympiade qua Supplicatio scripta est Proteus se concremaverit, h. e. Ol. 236. Quo tempore quum Verus imperitaverit, colligunt huic libellum suum apologeticum dedicasse Athenagoram. Sed errarunt viri eruditi; nam ista verba περὶ τὴν Ὀλυμπίαν neutiquam spatium quattuor annorum (ὀλυμπιάδα) designant, sed capienda sunt de Olympia vico, ad quem in ludis olympicis Proteus vivum se in ignem coniecit. Si de temporis spatio loqui voluisset scriptor, scribere debebat κατὰ τὴν ὀλυμπιάδα ταύτην.

Iam afferamus quod nostram firmat sententiam. Athenagoras, imperium coeleste cum terreno comparans, dicit c. 18: Ἐχουσι δὲ ἐαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν δεξιάζεν· ὡς γὰρ ἡμῶν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχρίσται, ἀνορθῶν τὴν βασιλείαν εἰληφόσι, ... οὕτως ἐνὶ τῷ Θεῷ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ λόγῳ υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ πάντα ὑποτέτακται. Quibus haec imperatoribus melius conveniunt quam Marco ac filio Commodi? Ad Verum, qui per adoptionem frater Marci erat, non quadrant. Conatur quidem Pagius istum locum in suam trahere causam, quoniam Verus gener Marci fuit*). At vero incongruum foret deum patrem cum socero et dei filium cum genero conferre! Hac nimirum ratione scriptor gentilibus occasionem dedisset inepta de Christo dei filio cogitandi.

Qui ad Marcum et Verum inscriptionem referunt, Pagius Clericus Oudinus, Supplicationem in

*) Capitol. in Veri c. 2.

annum 166 collocant, van Hoven in a. 167, Dodwellus in a. 168. Caeteri, qui Marco et Commodo illam inscriptionem vindicant, vel anno 176 ut Tentzelius Basnagius Maranus, vel a. 178 ut Dupinus, vel a. 179 ut Petrus Baronius Halloixius, vel a. 180 ut Grotius*), vel a. 177 ut Aub. Miraeus**) Tillemon-tius Moshemius, librum adscribunt.

Sane ad annum 177 pertinet, ut inprimis Moshemius demonstravit***). Supra iam observavimus Sarmatici titulum, Marco et Commodo tributum, incepisse ab anno 176 eodemque anno summam pacem orbi romano redditam esse: quae anno demum 178 Germanis rursus turbantibus fracta est. Quid? Libellus inscriptus est *Αὐτοκράτορσιν*. Illo ipso anno 176, mense Novembri, cum patre Commodus imperator (*αὐτοκράτωρ*) appellatus est****). Accedunt duae rationes. 1°. Athenagoras imperatores ita alloquitur, ac si Romae in palatio versentur. C. 16: *Οὐδὲ γὰρ οἱ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενοι ὑπήκοοι, παραλιπόντες ὑμᾶς τοὺς ἀρχοντας καὶ δεσπότας θεραπεύειν, παρ' ὧν ὧν*

*) Annotatt. ad libr. De veritate religionis christianae (Lugd. Bat. 1640) p. 154.

**) Bibliotheca ecclesiastica (Antv. 1639. Fol.) p. 180.

***) Quocum sentiunt Ceillier, Leyser, S. I. Baumgarten (Examen miraculi Legionis fulminatricis, Hal. 1740. 4°, p. 72 sq.), Schroeckh (Chr. Kirchengesch. T. III. ed. 2, Lips. 1777, p. 120), Clarisse, Neander (Allg. Gesch. d. christl. Rel. u. Kirche T. II. ed. 2, Hamb. 1843, p. 1161), Gieseler (Lehrb. d. Kirchengesch. T. I. P. I. ed. 4, Bonn. 1844, p. 206), Credner (Beitrr. z. Einleitung in d. bibl. Schriften T. I, Hal. 1832, p. 53), Semisch (in Ullmanni et Umbr. Theol. Stud. u. Krit. 1835. Fasc. IV. p. 938 sq.), alii.

****) Lampridius l. c: „Cum patre imperator est appellatus V. Cal. Decembr. die, Pollione et Apro coss.“ h. e. 27. Nov. u. c. 929 = p. Chr. 176. Cf. Eckhel p. 137.

ἂν δέοιντο καὶ τύχοιεν, ἐπὶ τὸ σεμνὸν τῆς καταγωγῆς ὑμῶν καταφεύγουσιν, ἀλλὰ τὴν μὲν βασιλικὴν ἐστίαν τῆν ἄλλως ἐντυχόντες αὐτῇ θαυμάζουσι καλῶς ἡσκημένην, ὑμᾶς δὲ πάντα ἐν παῶσιν ἄγουσι τῇ δόξῃ. Si in castris tum versati essent, ab urbanis rebus nullam petiisset comparisonem. Quum igitur anno 178 (inde a die V. Aug.), teste Lampridio in vita Commodi, abessent ab Urbe in Germania armis operam dantes, annus 177 Supplicationi constituendus est. 2^o. Athenagoras servos dicit innocentis Christianorum vitae testes, quorum nemo unquam nefanda his obiecerit crimina. C. 35: καίτοι καὶ δοῦλοι εἰσιν ἡμῶν, τοῖς μὲν καὶ πλείους τοῖς δὲ ἐλάττους, οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα [scil. Θυέστεια δεῖπνα et Οἰδιποδείους μίξεις] οὐδὲ κατεψεύσατο. Quod fieri non potuisset si post persecutionem Gallicam, h. e. post annum 177 quo ea accidit*), demum scripsisset: quum istorum Gallicae ecclesiae malorum auctores essent servi. Quam in rem sic scribunt Lugdunenses et Viennenses apud Eusebium H. E. V. c. 1: Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἔθνηκοί τινες οἰκῆται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς· οἱ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους αἷς τοὺς ἀγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις κτλ.

*) Ut argumentis validissimis demonstravit Mosheimius in Observatt. sacr. lib. I. c. 3. §. 10.



ATHENAGORAE ATHENIENSIS

OPERA.

**SUPPLICATIO PRO CHRISTIANIS.
DE RESURRECTIONE MORTUORUM.**

Ἰ Α Θ Η Ν Α Γ Ο Ρ Ο Υ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ
ΠΡΕΣΒΕΙΑ ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ.

Ἰ Ἀὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Ἀύρηλίῳ Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ
 Ἀύρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιοκοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ
 μέγιστον Φιλοσόφους.

1. **Ἰ** Ὑμέτερα, μεγάλοι βασιλέων, οἰκουμένη, ἄλλος ἄλλοις P. 1
ed.
 ἔθεισι χρῶνται καὶ νόμοις, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν νόμῳ καὶ φόβῳ Mor
et
 θλικῆς, κἄν ² γελοῖα ἦ, μὴ στέργειν τὰ πάτρια εἴργεται. ³ Ἄλλ' ὁ Col.

1. ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ... ΧΡΙ-
 ΣΤΙΑΝΩΝ] Vid. Prolegg. c. VII.
 „De inscriptione Supplicationis.“

2. Ἀὐτοκράτορσιν... Φιλοσό-
 φους] Vid. Prolegg. l. c. — Hic
 tantum diversae codicum lectiones
 afferendae sunt. Pro αὐτοκράτορ-
 σιν, quod praestantissimus Parisi-
 nus 1, (Sirletianus?) Vaticanus, Ot-
 toboniani 1 (in quo v erasum est)
 et 2, Bodleiani 1. 2, (Oratorianus?)
 Monacensis, Claromontanus, Aelonen-
 sis, Bononiensis firmant, comparet
 in Parisinis 2. 3, Argentoratensi,
 Lubanensi, (Petrino?) αὐτοκρά-
 τορσι (sine v). Idque Maranus re-
 cepit; caeteri editores (Gesnerus,
 Ducaeus, Morellus, Fellus, Rechen-
 bergius, Dechairius, Lindnerus) αὐ-
 τοκράτορσιν. Ipsi veteres Attici v
 ἐφελκυστικόν dicuntur ante conso-
 nantes interdum scripsisse: Jacobs.
 praef. ad Aelian. Anim. p. 23 sq.,
 coll. Benseler. ad Isocr. Areopag. p.

185 sq. — Pro Ἀντωνίνῳ habent
 Par. 2. Clar. Bon. Ἀντωνίνῳ. Aet.
 omisit voces Ἀντωνίνῳ καὶ Λουκίῳ
 Ἀύρηλίῳ. Causam erroris in repelito
 Ἀύρηλίῳ cernis. — Legitur Κομ-
 μόδῳ, quod omnes codices editi prae-
 bent, in Bodl. 1 et 2; idemque of-
 fert Mon., sed manu correctoris.
 Reliqui codices msti Κομμόδῳ. —
 Morellus et Fellus Ἀρμενιοκοῖς ex
 Ἀρμενιοκοῖς (Par. 1. 2. Mon. ἄρμε-
 νιοκοῖς) fecerunt et Σαρματικοῖς
 (Arg. ἄρματικοῖς) ex Σαρματικοῖς.
 — Scholion ad inscriptionem in
 marg. Par. 1 prima manu: Ἐλλει-
 πῆς ἢ ἀπόδοσις τῆς προγραφῆς.
 Οὐ γὰρ τὸ χαίρειν καλὸν ἐνο-
 μίσθη προσκεῖσθαι, τῷ μὴ ἀπ' ἴ-
 σων τὴν πρόσρησιν γίνεσθαι, καὶ
 ἄλλως Χριστιανῶ ὄντι· ἢ διὰ τα-
 πεινοφροσύνην, ἢ τῷ ἐνδείξασθαι
 τὴν ἱκετηρίαν, ἢ καὶ τῷ ἀνάξιον
 εἶναι Ἕλληνας ὄντας τῆς τοιαύτης
 παρὰ Χριστιανῶν εὐλογίας. Cf.

ATHENAGORAE
ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI
SUPPLICATIO PRO CHRISTIANIS.

**Imperatoribus Marco Aurelio Antonino et Lucio Aurelio
 Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, et quod maximum
 est Philosophis.**

**1. Vestro imperio subditi, maximi reges, alii aliis moribus
 utuntur et legibus, nec quisquam eorum lege et poenae metu
 patria instituta, etiamsi ridicula sint, diligere prohibetur.**

Pauli ad Rom. epist., rec. et c. commentt. perp. ed. C. F. A. Fritzsche, T. I (Hal. 1836) p. 21 sq.

3. Ἡ ὑμετέρα κτλ.] Ἡ ante ὑμετέρα desideratur in Bodl. 2: rubricator omisit adpingere. Pariter Rechenb. omisit. Magis perspicue scripsisset Athenagoras ἐν τῇ ὑμετέρα οἰκουμένη, ut Lindnerus (in Cur. poster.) notavit. Ἡ οἰκουμένη vocatur imperium romanum: Luc. Ev. 2, 1. Act. 24, 5. Ioseph. Bell. iud. IV. 11, 5. Antt. iud. XII. 3, 1. Philo Leg. ad Cai. p. 1041. Hic metonymice pro ipsis romano imperio subditis dicitur. — Henr. Stephaeus pro μεγάλοι (Bodl. 2 μεγάλη) βασιλέων crediderit legendum esse μέγιστοι βασιλέων, ut c. 18 μέγιστοι ἀντοκρατόρων comparet. „Nec dubium est quin potius superlativum gradum in huiusmodi locis consuetudo graeci sermonis exigit; at vero infra [c. 2] pro μέγιστοι ἀντοκρατορες dicere poterat μεγά-

λοι ἀντοκρατορες.“ Arg. μεγάλοι βασιλεῖς praebet. Noli mutare. — Lub. Petr. Par. 3 habent ἄλλοι ἄλλοις ἔ. χρῶνται. Haec lectio usitatior est, caeterorum vero codicum matorum ἄλλος ἄλλοις ἔ. χρῶνται magis attica. Interdum Athenagoras collectivis singularibus verba pluralia iungit. Mox: καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη [coll. c. 2. n. 5] τῇ ὑμετέρα συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν.

4. γελοῖα] Gesner. Rechenb. Dechair. ex Bon. γελοία, scil. δίκη, ediderunt: sed maluit Gesnerus γέλοια, num. plurali, ut referatur ad τὰ πάτρια. Caeteri codices msti et editi γελοῖα penamflexum suppedilant (sic sibi quoque Bon.: cc. 4. 10. 14 γελοῖον), sicut veteres Attici protulerunt. Pariter dicebant ὁμοῖος, recentiores ὁμοιος. Cf. Schneider. ad Plat. De rep. Vol. II. p. 14.

5. Ἄλλ' ὁ μὲν Ἴλιος... προσκυνεῖ] Act. ἀδραστρίαν pro Ἀδρά-

μὲν Ἴλιος θεὸν Ἐκτορα λέγει καὶ τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν ἐπι- B
στάμενος προσκυνεῖ, ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος Ἀγαμέμνονα Δία καὶ
Φιλονόην τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα καὶ Ἰέννην ὁ Τενέδιος σέβει,
ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει· ἔπειτα Ἀγραύλω Ἀθη-
ναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνο-
μίσθησαν ἀσεβεῖν ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. Καὶ ἐνὶ λόγῳ κατὰ 2
ἔθνη καὶ δήμους θυσίας κατάγουσιν ἃς ἂν ¹⁰ θέλωσιν ἄνθρωποι

στειαν. Mon. ἀδράστειαν. — C. 14: Ἴλιος δὲ . . . Ἐκτορα φέρουσι. Synesius Calvit. Encom. p. 82: εἴτε εἰς Ἴλιον γέγονας, εὐθύς εἰσιόντι πᾶς Ἴλιος ἡγεῖται τὴν ἐπὶ τὸν νεῶν τὸν Ἐκτόρειον, οὗ τὸν ἀνδριάντα πρόχειρον μὲν ἰδεῖν. Ad hunc locum I. G. Krabinger (Synesii Cyr. Calv. Enc., Stuttg. 1834, p. 225) laudavit Philostrat. Her. p. 68. ed. Boiss.: Τὸ ἐν Ἰλίῳ ἄγαλμα τοῦ Ἐκτορος ἡμιθέῳ ἀνθρώπῳ ἔοικε κτλ. Coll. Pausan. III. 18, 9. Helenam ab Iliensibus sub nomine Adrasteas cultam esse nullus quod sciam alius scriptor retulit. Eadem vero est Ἑλένη Ἀδράστεια quae apud Callimachum Hymn. in Dianam v. 232 Ἑλένη Παμνουσίς. Ibi vide E. Spanhemium: Callim. Hymni ed. I. A. Ernesti, Lugd. 1761, T. II. p. 336. Coll. L. Preller Griech. Mythologie, Lips. 1854, T. II. p. 73 sqq. De significatione verbi ἐπι-στάμενος, quod non ad προσκυνεῖ (Gesner.: „Helenam, veluti Adrastiam, scientes adonant“) sed ad Ἀδράστειαν (Maran.: „Helenam colit, Adrastiam illam esse existimans“) pertinet, adeas observationem meam in Iustini Dial. c. Tr. c. 67 (n. 16).

6. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος . . . θυγατέρα] Galland. δὲ post artic. ὁ omisit mendose. Codd. msti et editi Φυλονόην pro Φιλονόην. Sic li-

brarius in Lub. primum scripserat, post autem literam ε mutavit in υ, id quod ex puncto supra literam ε scripto intelligitur. Pro Τυνδάρεω Lub. Bodl. 1. 2. Par. 3. Aet. Τυνδάρεως. Morell. Τυνδάρεο. — De Agamemnone Iove vide Lycophronis Cassandram v. 1129 et ibi Io. Meursium. Philonoeen Apollodorus III. c. 10. §. 6 Tyndarei filiam nominat, immortalitate donatam a Diana.

7. Ἰέννην ὁ Τενέδιος] Omnes codd. editi Ἰέννην Οδία. Par. 1 τένη ἠνοδία. Par. 2 τένη ὀδία. Arg. Vat. Ottob. 1. 2. Par. 3. Bon. τένην ὀδία. Bodl. 1. 2. τένην ὀδία. Orat. τένην ὀδία. Lub. Mon. Aet. τένην ὀδία. Quod Suffr. Petrus in codice suo legi dicit ὀτρύνην ὀδία, id veretur Kaiserus (De cod. ms. Athenagorae Lubanensi p. 5) ne e chirographo minus perspicuo originem duxerit. „A librariis enim, qui compendiis inscribendo utebantur et literas uno tenore inter se connexas et implicitas exarabant, vocem Ἰέννην ita scribi, ut simillima sit voci ὀτρύνην, omnes testabuntur, quibus aevi literas pingendi ratio non incognita fuerit. In Lub. etiam codice, quicumque ad eum legendum accesserit minus exercitatus, non solum in eadem voce haeserit, ὀτρύνην scri-

Sed Iliensis Hectorem deum dicit et Helenam adorat, Adra-
steam eam agnoscens, Lacedaemonius Agamemnonem Iovem
et Philonoen Tyndarei filiam et Tennen Tenedius veneratur,
Atheniensis Erechtheo Neptuno sacrificat: immo Agraulo
Athenienses et caerimonias et mysteria celebrant ac Pan-
drosos, quae existimatae sunt impie egisse quod aperuerint
arcam. Et uno verbo in omnibus gentibus populisque sacra

plum legi existimans, sed aliis etiam
in locis $\phi\upsilon$ pro $\sigma\upsilon$ positum esse sibi
persusserit.“ Amplectitur istam le-
ctionem tamquam veram Petrus eam-
que expuncto καὶ sic interpretatur:
„Philonoea T. f. ceu Caduceatri-
cem (Triviam seu) Proserpinam co-
lit.“ Assentitur Rechenbergius. Sed
ὄτρυντήρ vel ὄτρύντης, caducea-
tor, reperitur apud veteres, non
ὄτρύνη. Lango placet legere τὴν
Ὀδίαν. Reddit „Comptalem Pro-
serpinam.“ Vestigiis codicum magis
convenienter conciliunt Meursius
(Miscell. Lacon. Amst. 1661. p. 5)
et Nourrius (Appar. ad Biblioth.
Max. P. I. p. 495) τὴν Ἐνοδίαν,
ille Dianam ita cognominatam ani-
madvertens, hęc Hecaten, quod ab
Inacho inventa sit in via. Cf. Prel-
ler l. c. T. I. p. 199 sq. Sed illa
lectio hęc minus placet, ubi homines
memorantur pro diis habiti cultique.
Lindnerus: „Τένης Ὀδία“, inquit,
„est Trivia ullrix“. In Cur. poster.
Gesneri coniecturam probat Τέννην
Τενέδιος. Reclius vero legitur Τέν-
νην ὁ Τενέδιος, addito articulo, ut
iam Dechairius monuit. Cui ratio
corruptionis ita se habere videtur:
„ex ὁ Τενέδιος factae sunt liturae
aut vetustate ὁ δίος, quas voces li-
brarius quidam grammatices aliquan-
tulum peritus mutavit coniunctione
facta in Ὀδίαν, ideo nimirum, quia

putavit casum nominativum male con-
venire cum accusativo.“ Cf. e. gr.
c. 19. n. 1. Cicero de nat. deor.
III. c. 15: „In Graecia multos ha-
bent ex hominibus deos, Alabandum
Alabandi, Tenedi Tenem.“ In Verr.
II. 1, 19 (§. 49): „Tenem ipsum
qui apud Tenedios sanctissimus deus
habetur.“ Cf. Diodor. Sic. V, 83.
Tzet. ad Lycophr. 232. Plut. Qu.
gr. 28. Strab. VIII. 13. Frequen-
tius Τέννης (duplici ν) scribitur
quam Τένης.

8. Ἐρεχθεὶ Ποσειδῶνι] Hesy-
chius: Ἐρεχθεύς, Ποσειδῶν ἐν Ἀθή-
ναις. Cicero de nat. deor. III. c. 19.
Templum eius, τὸ Ἐρεχθειον, in
Acropoli Pausanias I. 26, 5 describit.

9. καὶ Ἀγραύλῳ κτλ.] Vocula
καὶ ante τελετάς deest in Bodl. 1.
2. Post μυστήρια vox Ἀθηναῖοι in
Par. 1. Arg. Mon. repetitur. Pro
ἀνοίξασαι Bodl. 1 ἀνοίξασα. —
Agraulos (etiam Ἀγλαυρός dicta)
et Pandrosos Cecropis Athenien-
sium regis filiae fuerunt. Pausan. I.
2, 6. 27, 2. Sacra Agraulo in urbe
Coronea facta horrenda fuisse nar-
rat Eusebius Praepar. ev. IV. 16, 2.
Notum est templum Pandrosi, τὸ
Πανδρόσιον, in arce Atheniensi:
Apollodor. III. 14, 2.

10. θέλωσιν] Reposui ex Par.
1. 2. Arg. Vat. Otlob. 1. 2. Cae-
leri ut edili ἐθέλωσιν. Arg. αἰς

καὶ μυστήρια. ¹¹ Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ αἰλούρους καὶ κροκόδει-
 λους καὶ ὄφεις καὶ ἀσπίδας καὶ κύνας θεοὺς νομίζουσι. Καὶ
 τούτοις πᾶσιν ¹² ἐπιτρέπεται καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ νόμοι, τὸ μὲν οὖν
 μηδ' ὄλως θεὸν ἠγεῖσθαι ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον νομίσαντες, τὸ δὲ
 οἷς ἕκαστος βούλεται χρῆσθαι ὡς θεοῖς ἀναγκαῖον, ἵνα τῷ πρὸς
 τὸ θεῖον δέει ἀπέχωνται τοῦ ἀδικεῖν. ¹³ Ἐμῖν δὲ (καὶ μὴ παρὰ Β
 ρακρουσθῆτε ὡς οἱ πολλοὶ ἐξ ἀκοῆς) τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεται;
 Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ
 τιμωρίας. Διόπερ τὸ πρᾶον ὑμῶν καὶ ἡμερον καὶ τὸ πρὸς
¹⁴ ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλόφρονον θαυμάζοντες οἱ μὲν καθ'
 ἕνα ἰσονομοῦνται, αἱ δὲ πόλεις πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι
 τιμῆς, ¹⁵ καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας
 εἰρήνης ἀπολαύουσιν. Ἡμεῖς δὲ οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, ¹⁶ ὅτι

pro ἄς. Utraque forma, θέλω et
 ἐθέλω, Atticis probatur; cf. Lobeck.
 ad Phryn. p. 7. Frotscher. ad Xe-
 noph. Hier. 1, 29.

11. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι] Vox αἰ-
 λούρους in Bodl. 2 omissa. — Per-
 git Athenagoras et absurdissimae re-
 ligionis exempla adducit, quae ta-
 cite quasi crucis scandalum removet.
 Rechenberg. Istos Aegyptiorum deos
 (coll. c. 14) passim exagitant vete-
 res patres. Clemens Alex. Paed.
 III. c. 2. §. 4, ubi de ornatissimis
 Aegyptiorum templis exposuit, haec
 subicit: παστοφόρος . . . ὀλίγον
 ἐπαναστείλας τοῦ καταπετάσματος,
 ὡς δείξων τὸν θεόν, πλατὺν ἡμῖν
 ἐνδίδωσι γέλωτα τοῦ σεβάσματος·
 οὐ γὰρ θεὸς ὁ ζητούμενος ἐνδον
 εὐρεθήσεται, ἐφ' ὃν ἐσπεύσαμεν,
 αἰλουρος δὲ ἢ κροκόδειλος ἢ αὐ-
 τόχθων ὄφεις ἢ τι τοιοῦτον θη-
 ρίον, ἀνάξιον μὲν τοῦ νεώ, χηρα-
 μοῦ δὲ ἢ φωλεοῦ ἢ βορβόρου ἀν-
 τάξιον.

12. ἐπιτρέπεται] Scil. θεοὺς
 νομίζειν οὕς ἂν θέλωσιν. Bodl. 1.

2. Clar. Aet. τούτων pro τούτοις.
 Mon. ἡμεῖς pro ὑμεῖς. Arg. τὸ
 μὲν μηδ' ὄλως, omissa οὖν. Stepha-
 nus ait: „Particula οὖν quoad sen-
 sum supervacanea est.“ Quod non
 dixerim. Bodl. 2 et Aet. non ἀσε-
 βὲς sed ἀσεβεῖς. Infra pro θεῖον
 Lub. θεῖω. Pro ἀπέχωνται Par. 1.
 Oltob. 1. 2 ἀπόχωνται. Lub. ἀπέ-
 χονται. Mon. τοῦ ἀδικῶν pro τοῦ
 ἀδικεῖν.

13. Ἐμῖν δὲ . . . τὸ ὄνομα τί
 ἀπεχθάνεται;] Codd. editi ἡμῖν δὲ
 . . . τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε. Ge-
 nuinam lectionem Par. 1. Lub. Petr.
 Orat. indicant: ὑμῖν δὲ . . . τῷ ὀνό-
 ματι ἀπεχθάνεται. Illud ὑμῖν Mon.
 quoque agnoscit; Par. 3 ἀπεχθαί-
 νεται. Caeteri codd. misti ista prae-
 bent quae in edilis comparent. Ra-
 tio corruptionis facile cognoscitur.
 Constat locutionem ἀπεχθάνομαι
 τινι, in odium incurro s. odio sum
 alicui, lubenter fuisse usurpata
 Atticis. Cf. etiam Chr. Abr. Wahl-
 lii Clav. librr. V. T. apocr. (Lips. 1853)
 p. 59. Nomen (Christianorum) non

homines quae ipsis placuerint et mysteria peragunt. Aegyptii autem et feles et crocodilos et serpentes et aspides et canes deos existimant. Atque his omnibus et vos et leges conceditis, utpote nullum quidem omnino deum arbitrari impium et nefarium, deos autem quos quisque voluerit colere necessarium iudicantes, ut numinis metu abstineant maleficio. Vobis autem (ne, quaeso, ut vulgus auditione fallamini) nomen car odio est? Non enim nomina odio digna, sed malefactum poena et supplicio. Quapropter lenitatem vestram et mansuetudinem et in omnes placabilitatem et humanitatem admirantes singuli quidem aequo iure vivunt, civitates autem pro sua quaeque dignitate aequabilem honorem sortiantur, et universum imperium per vestram prudentiam profunda pace perfruitur. Nos autem qui Christiani dicimur, quia non etiam nobis providistis, sed

debet esse exosum, sed animos ad acta attendatis: inde iudicetis. Cf. c. 2. n. 8. Addo VV. DD. coniectationes, quibus haud opus est. Stephanus non dubitat quin auctor scripserit ἡμῶν δὲ ... τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε. Suffr. Petrus prorsus contra mentem Athenagorae: ὑμῖν δὲ (καὶ μὴ παρακρουσθῆτε, ὡς οἱ πολλοὶ ἐξ ἀκοῆς τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθαι) οὐ τὰ ὀνόματα μίσησιν ἄξια κτλ. Io. Conr. Schwartzius in Miscell. Lips. Tom. VIII (a. 1718) p. 364 sqq.: ἡμῖν δὲ (καὶ μὴ παρακρουσθῆτε ... τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθαι· οὐ γὰρ ... ἀπολαύουσιν.) ἡμεῖς δὲ οἱ λεγόμενοι Χριστιανοὶ κτλ., quae sic exprimit: „Nobis vero (sed ne offendamini, ut ex sola fama multi, nomine: neque enim nomina merentur odium etc.) A nobis, inquam, qui Christiani appellamur“ etc. Ipsi anacoluthon, quod ex illa emergit explanatione,

gratiosissimum videtur esse! Maranus: ἡμῶν δὲ ... τῷ ὀνόματι τί ἀπεχθάνεσθε; vel: ἡμῶν δὲ ... τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεσθαι; Idem παρακρουσθῆτε translulit offendamini. Tum debebat esse προσκρουσθῆτε, ut contexit Heynius (Göttingensis philologus) in literis ad Lindnerum datis. Παρακρούεσθαι est decipi. Nostrales: „lasset euch nur nicht wie die grosse Menge durch ein blosses Wort beirren!“ Paullo infra: ἐπὶ μόνῳ ὀνόματι προσπλεμούντων ἡμῖν τῶν πολλῶν.

14. ἅπαντα] Olib. 2 ἀπάντας.

15. καὶ ἡ σύμπασα οἴκ. ... ἀπολαύουσιν] Cf. n. 3 et Prolegg. c. VII „De inscriptione Supplicationis“. — Bodl. 1. 2. Act. τῇ ἡμετέρῳ συνέσει.

16. ὅτι] Mon. in marg. ἵσως λείπει. Verba Ἡμεῖς δὲ οἱ λεγ. Χριστιανοὶ cohaerent cum μηνύσαι τὰ καθ' ἐ. ἐτολμήσαμεν. — Par. 1

μη προνεόησθε και ἡμῶν, συγχωρεῖτε δὲ μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ C
 και πάντων, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου δειχθήσεται, ¹⁷ εὐσεβέστατα
 διακειμένους και δικαιοτάτα πρὸς τε τὸ θεῖον και τὴν ὑμέτεραν
 βασιλείαν, ¹⁸ ἐλαύνεσθαι και φέρεσθαι και διώκεσθαι, ἐπὶ μόνῳ
 ὀνόματι προσπολεμούντων ἡμῖν τῶν πολλῶν, μηνύσαι τὰ καθ'
 ἑαυτοῦς ἐτολήσαμεν (διδασθήσεσθε ¹⁹ δὲ ὑπὸ τοῦ λόγου ἄτερ
 δίκης και παρὰ πάντα νόμον και λόγον πάσχοντας ἡμᾶς), και
 δεόμεθα ὑμῶν και περὶ ἡμῶν τι σκέψασθαι, ὅπως ²⁰ πανσώμε-
 θά ποτε ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν σφαττόμενοι. Οὐδὲ γὰρ εἰς χρη-
 ματα ἢ παρὰ τῶν διωκόντων ζημίαι, οὐδὲ εἰς ²¹ ἐπιτιμίαν ἢ αἰ- D
 σχύνη, ἢ εἰς ἄλλο τι τῶν μειζόνων ἢ βλάβη· τούτων γὰρ κατα-
 φρονουῦμεν, : "· τοῖς πολλοῖς δοκῆ σπουδαῖα, ²² δέροντα οὐ μό-
 νον μὴ ἀντιπαλεῖν οὐδὲ μὴν δικάζεσθαι τοῖς ἄγουσι και ἀρπά-
 ζουσιν ἡμᾶς μεμαθηκότες, ²³ ἀλλὰ τοῖς μὲν, κἂν παρὰ κόρῃς
 προσπηλακίζωσι, και τὸ ἕτερον παλεῖν παρέχειν τῆς κεφαλῆς μέ-
 ρος, τοῖς δέ, εἰ τὸν χιτῶνα ἀφαιροῖντο, ἐπιτιδόναι και τὸ ἑμά-
 τιον. Ἄλλ' εἰς τὰ σώματα και τὰς ψυχὰς, ὅταν ἀπέλωμεν τοῖς 3
 χρήμασιν, ἐπιβουλεύουσιν ἡμῖν, ²⁴ κατασκεδάζοντες ὄχλον ἐγκλη-

συγχωρεῖται (sic). Tum idem et
 Ottob. 1. 2 μηδένα ἀδικοῦντας.

17. εὐσεβέστατα διακειμένους
 κτλ.] Iustinus Apol. I. c. 17: "Ὁθεὺς
 θεὸν μὲν μόνον προσκυνουῦμεν,
 ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες
 ὑπηρετοῦμεν. Tertullianus ad Sca-
 pul. c. 2: „Christianus nullius est
 hostis, nedum imperatoris, quem
 sciens a deo suo constitui necesse
 est ut et ipsum diligat et revereatur
 et honoret et salvum velit cum toto
 romano imperio.“

18. ἐλαύνεσθαι και φέρεσθαι]
 Vide proverbium „Agi et ferri“ apud
 Erasmus. Inferius [c. 25] dicit ἄγ-
 σθαι και φέρεσθαι. Gesner. Eras-
 mus autem Chil. 3. cent. 7. n. 32
 ἄγουσι και φέρουσι pro eo inquit

quod est hostili more populantur
 aut vexant. Rechenberg.

19. δὲ] Deest in Bodl. 1. 2.
 Aet. Paulo ante αὐτοῦς Bodl. 2
 pro ἑαυτοῦς. Mox Bodl. 2 et Aet.
 non ἄτερ sed ἄπερ. Dein Bodl. 1.
 2 πάσχοντες ἡμᾶς.

20. πανσώμεθα] Clar. et Aet.
 πανσόμεθα.

21. ἐπιτιμίαν] Aet. ἐπιθυμίαν.
 Mox ἢ in Par. 1 supra lineam po-
 situm est, sed prima manu.

22. δέροντα] Id reposui ex Par.
 1. 2. Ottob. 1. 2. Lub. Mon., pro
 γε ὄντα quod (ad praecedentia verba
 relatum) in editis exstat. Caeteri
 codd. msti aut δαίροντα (Arg.) aut
 δέοντα (Bodl. 1. 2. Clar. Aet. Bon.)

nihil agentes mali, vel potius omnium, ut progressu orationis demonstrabitur, sanctissime et aequissime de deo ac de imperio vestro sentientes, exagitari et ferri et vexari sinitis, vulgo bellum nobis ob solum nomen inferentes: nos, inquam, res nostras in lucem proferre ausi sumus (doceret autem vos haec oratio praeter fas et praeter legem omnem et rationem nos pati), atque vos obsecramus ut etiam de nobis aliquid cogitetis, quo tandem aliquando a sycophantis mactari desinamus. Neque enim ad pecunias spectat inimicorum mulcta, neque ad existimationem ignominia, aut ad aliud quidpiam rei maioris noxa: haec quippe contemnimus, quamvis vulgo videantur studio digna, ^{ut} ut qui non modo non reverberare verberantem neque invadentes et rapientes in iudicium vocare didicerimus, sed istis, etiamsi colaphum inflixerint, alteram quoque capitis partem percutiendam praebere, his autem, si tunicam abstulerint, superaddere etiam pallium. Sed corporibus ac vitis nostris, postquam pecunias proiecimus, insidiantur, criminum¹ acervum in

vitiose habent. Tu fortasse coniec-
ceris *δέροντας*. Sed hac mutatione
haud est opus, licet *τοῖς μὲν* se-
quatur. Mox codd. msti et edili
τὸ ἀντιπαλεῖν pro *μὴ ἀντιπαλεῖν*.
Gesnerus voluit *τὸ μὴ ἀντιπαλεῖν*,
quocum Rechenberg. Dechair. et
Lindner. sentiunt. Sequens *ἀλλὰ*
vim obtinet augmentativam; cf. Iu-
stin. De resurr. c. 8. n. 14. Sen-
sus: Inimici nostri, qui nos mul-
clant et ignominia afficiunt nobis-
que nocent, non pecuniam nostram
petunt aut existimationem aut ma-
iorum vitae bonorum quodquam:
haec enim contemnimus, utpote qui
didicerimus non reverberare verbe-
rantes etc., immo potius beneficiis
malefacta pensare: sed ipsi vitae

nostrae insidiantur. — Pro *μεμα-
θηκότες* Bodl. 1. 2 *μεμιαθηκότες*.

23. *ἀλλὰ τοῖς μὲν ... ἰμάτιον*] Matth. 5, 39. 40; coll. Luc. 6, 29.

— In Arg. *καὶ* ante *κατὰ κόρρης*
abest. Lub. usitatius *προπηλακί-
ζωσι*. Idem codex non *παρέχειν τ.*
κεφ. μέρος sed *τ. κεφ. μέρος δι-
δόναι*. Mon. *παρέχειν* omisit. Bodl.
1. 2 *πάνειν*, non *παλεῖν*. In Bodl.
1. 2 et Act. *καὶ* ante *τὸ ἰμάτιον*
desideratur.

24. *κατασκευάζοντες*] Lub. *κα-
τασκευάζοντες*, quod praestat, quum
per se, tum propter sequens *ἀπο-
σκευάσαι* [c. 2]. Kaiser. Sed *κα-
τασκευάζοντες* magis convenit *ἀδο-
λεσχοῦσι* proxime respondenti. Pro
οὐδὲ Act. *οὐτὲ* (sic).

μάτων· ἃ ἡμῖν μὲν οὐδὲ μέχρις ὑπονομίας, τοῖς δὲ πῶλοισιχοῦσι καὶ τῷ ἐκείνων πρόσεισι γένει.

2. ¹ Καὶ εἰ μὲν τις ἡμᾶς ἐλέγχειν ἔχει ἢ μικρὸν ἢ μῆζον ἀδικούντας, κολάζεσθαι οὐ παραιτούμεθα, ἀλλὰ καὶ ² ἥτις πικροτάτη καὶ ἀνηλεῆς τιμωρία ὑπέχειν ἀξιούμεν. Εἰ δὲ μέχρις ὀνόματος ἢ κατηγορίας (εἰς γοῦν τὴν σήμερον ἡμέραν ἃ περὶ ἡμῶν λογοποιούσιν ³ ἢ κοινῇ καὶ ἄκριτος τῶν ἀνθρώπων φήμη, καὶ οὐ- B δὲ ἀδικῶν Χριστιανὸς ἐλήλεγκται), ὑμῶν ἤδη ἔργον τῶν μεγίστων καὶ ⁴ φιλανθρώπων καὶ φιλομαθεστάτων βασιλέων, ἀποσκευάσαι ἡμῶν νόμῳ τὴν ἐπήρειαν, ἵν', ὡς περὶ ⁵ ἢ σύμπασα ταῖς παρ' ὑμῶν εὐεργεσίαις καὶ καθ' ἕνα κεκοινώνημε καὶ κατὰ πόλεις, καὶ ἡμεῖς ⁶ ἔχωμεν ὑμῖν χάριν, σεμνυνόμενοι ὅτι κεκαυμένα συνοφαντούμενοι. ⁷ Καὶ γὰρ οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δικαιοσύνης τοὺς μὲν ἄλλους, αἰτίαν λαβόντας ἀδικημάτων, μὴ πρό- C τερον ἢ ἐλεγχθῆναι κολάζεσθαι, ἐφ' ἡμῶν δὲ μῆζον ἰσχύειν τὸ ὄνομα τῶν ἐπὶ τῇ δίκῃ ἐλέγχων, οὐκ εἰ ἠδίκησέ τι ὁ κρινόμενος τῶν δικαζόντων ἐπιζητούντων, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα ὡς εἰς ἀδικήμα ἐνυβριζόντων. ⁸ Οὐδὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ

1. Καὶ ... ἀξιούμεν] Iustinus Apol. 1. c. 3 (n. 2): ἀξιούμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, καί, ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστὶ. Huius postulati, ut non nisi criminum convicti punirentur Christiani, aequitatem ipsi agnoverunt imperatores. Ad i. c. 3. n. 10.

2. ἥτις] Lub. ἢ τις. Arg. εἴ τις. Antea Morellus et Dicaeus ἀδικούντα mendose pro ἀδικούντας.

3. ἢ κοινῇ κτλ.] Scil. ἐστὶ. Articulus ἢ minime expungendus est (Steph. et Linda.), quum notum significet rumorem. Infra: μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας. Et: τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης. C. 11: ἵνα γὰρ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρησθε γνώμῃ. Bodl. 1. 2. Aet.

τὴν ante σήμερον omitunt. Mex Mon. χριστιανὸν pro Χριστιανός. — De sententia cfr. Iustinus Apol. 1. c. 23 (n. 7): τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα ἐνήργησαν (daemones), ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξις ἐστὶ.

4. φιλανθρώπων] Stephan. coniecit φιλανθρωποτάτων, quoniam gradus tertius et praecedat et sequatur. Sed non opus est; nam paullo ante πικροτάτη καὶ ἀνηλεῆς. — Pro ἀποσκευάσαι ἡμῶν τὴν ἐπήρειαν (calumniam remove) c. 9 ἀποσκευάσασθαι τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπήρειαν. De verbo ἀποσκ. a recentioris aetatis scriptoribus frequentato vid. Creuzer. ad Procl. de unit. et pulchrit. p. 80 et Jacobs. ad Achill. Tat. p. 990.

5. ἢ σύμπασα] Scil. οἰκουμένη (c. 1. n. 3). Bodl. 1. ἡμῶν pro

nos effundentes: quae nobis quidem nec cogitatione tenus, iis autem qui haec effutiant et istorum similibus inhaerent.

2. Ac nos quidem si quis arguere potest vel parvi vel maioris criminis, poenam non deprecamur, sed vel acerbissimam et crudelem quamque nobis infligendam censemus. Sin autem ad nomen dumtaxat pertinet accusatio (certe quod ad hodiernum usque diem de nobis dictitant iste communis est et temerarius hominum rumor, neque ullus malefacti Christianus convictus est), vestrum iam fuerit, maximi et humani et literatissimi reges, iniuriam quam patimur lege propulsare, ut, quemadmodum in toto imperio et singulos et civitates beneficia vestra complectuntur, etiam nos gratiam vobis habeamus, gloriantes quod desierimus calumniis appeti. Etenim non convenit vestrae iustitiae ut alii quidem, si in iudicium de crimine aliquo vocentur, non ante puniantur quam convicti fuerint, de nobis vero plus nomen valeat quam in iudicio argumenta: non id inquirentibus iudicibus utrum reus aliquid mali admiserit, sed nomini tamquam sceleri notam inurentibus. Nullum autem nomen in

ὑμῶν. Bodl. 1. 2 ἐνεργέταις pro ἐνεργεσίαις. — C. 1: οἱ μὲν καθ' ἓνα ἰσονομοῦνται, αἱ δὲ πόλεις πρὸς ἀξίαν τῆς ἰσῆς μετέχουσι τιμῆς.

6. ἔχωμεν] Par. 1 et Lub. ἔχομεν. Bodl. 1 et Aet. χάριν ὑμῖν.

7. Καὶ γὰρ ... ἐνυβριζόντων] Particula illa γὰρ in Bodl. 1. 2 et Aet. desideratur. Aet. ἰσχύει pro ἰσχύειν. Duceus τὸ post ἰσχύειν omisit. A Lub. Bodl. 1. 2. Aet. εἰ ante ἠδίκησε abest. Bodl. 1. 2 ἀδικησε. Vocem ἐπιζητούντων non agnoscunt Bodl. 1. 2 et Aet. Pro ὡς εἰς ἀδικημα Arg. ὡσεὶ ἀδικημα. Praepositio πρὸς c. genit. metaphorice dicta ad significandum id quod alicui convenit: es ist eurer Gerechtigkeit nicht angemessen, nicht

nach deren Art. Cf. c. 10. n. 8. Xenoph. Mem. Socr. II. c. 3. §. 15: Ἄτοκα λέγεις, ὦ Σ., καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, ex more tuo s. sapientiae tuae convenienter. Cf. Herbst. ad h. l. et Pape Lex. gr. T. II. p. 703 sq. — Iustinus l. c. c. 4: Καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι σὺ τιμωρεῖτε, ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχος λαμβάνετε. C. 7: ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἀδικος κολάζεται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός. Cf. Tatian. Orat. ad Gr. c. 27 ibique (n. 1) observata.

8. Οὐδὲν δὲ ὄνομα ... δοῦσι] Cf. c. 1 (n. 13): Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδικημα δίκης καὶ τιμωρίας. Iustinus l. c. c. 4: Ὀνόματος μὲν οὖν

9 οὐ πονηρὸν οὔτε χρηστὸν νομίζεται, διὰ δὲ τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἢ πονηρὰς ἢ ἀγαθὰς πράξεις ἢ 10 φλαῦρα ἢ ἀγαθὰ δοκεῖ. Ἑμεῖς δὲ ταῦτα 11 ἴστε φανερώτερον, ὥσαντι ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὀρμώμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ παρ' ὑμῖν κρινόμενοι, καὶ 12 ἐπὶ μεγίστοις φεύγουσι, θαρρόουσιν, εἰδότες ὅτι ἐξετάσετε 13 αὐτῶν τὸν βίον, καὶ οὔτε τοῖς ὀνόμασι προσθήσεσθε, ἂν ἢ κενά, οὔτε ταῖς ἀπὸ τῶν κατηγοριῶν αἰτίαις, εἰ ψευδεῖς εἴεν. 14 ἐν ἴσῃ τάξει τὴν καταδικάζουσαν τῆς ἀπολυθῆς δέχονται ψῆφον. Τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιούμεν, μὴ ὅτι Χριστιανοὶ λεγόμεθα μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι (τί 15 γὰρ ἡμῖν τὸ ὄνομα πρὸς κακίαν τελεῖ;), ἀλλὰ κρινεσθαι 16 ἐφ' ὅτων ἂν καὶ εὐθύνη τις, καὶ ἢ ἀφίεσθαι ἀπολυμένους τὰς κατηγορίας ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἀλισκομένους πονηροὺς, μὴ ἐπὶ τῷ ὀνόματι (οὐδεὶς 17 γὰρ Χριστιανὸς πονηρὸς, εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον), ἐπὶ δὲ τῷ ἀδικήματι. 18 Οὕτω καὶ τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας κρινομένους ὀρῶμεν. Οὐδεὶς 19 αὐτῶν πρὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ

προσωπία οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποκειπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων. Mox: Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢ μὴ τι ἐνάρετον ἢ φανῶλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. Ibi (n. 1) Tertullianum quoque laudavi.

9. οὐ] Arg. omisit. Bodl. 1. 2 et Act. οὔτε χρηστὸν non agnoscunt. Antea αὐτοῦ ex Par. 1. 2. Lub. Mon. rescripsi pro αὐτοῦ, quod in reliquis codd. mstis compareret servaturque ab editoribus, Ducaseo ac Lindnero exceptis, licet hanc formam (pro ἑαυτοῦ) respuat Athenagoras. Illud reflexivum non est, sed scriptor ex sua mente loquitur. Vult sibi haec: „quatenus nudum nomen est“ (ἐφ' ἑαυτοῦ, an und für sich) „neque ei ab aliis quid-

quam supponitur“ (δι' αὐτοῦ, von selbst).

10. φλαῦρα] Arg., pro attica ista forma, φανῶλα offert.

11. ἴστε] Bodl. 1. 2 ἴστε. Mox Mon. παιδίας.

12. ἐπὶ μεγίστοις] Scil. ἀδικήμασι. Supra enim: ὡς εἰς ἀδικήματα. — Paulo ante Act. παρ' ἡμῖν. Bodl. 2 κρινόμενος. Mox Par. 1. 2. Orat. Act. φεύγουσι.

13. αὐτῶν] Act. αὐτόν. Dein Bodl. 2 ὑπὸ τ. κατηγοριῶν.

14. ἐν ἴσῃ τάξει] Ducaseus τάξει ἐν ἴσῃ. Mox idem ἐκλυούσης. — Lindner.: „τάξις est ratio, modus, hic scilicet, ut calculus uterque non nisi pro meritis seratur.“ Gesnerus coniecit ἐν ἴσῃ δὲ τάξει et Maranus καὶ ἐν ἴσῃ τάξει. Stephanus potius legerit καὶ εἰδότες (= διὰ τὸ εἰδέναι) ὅτι ... ἐν ἴσῃ

se et per se aut bonum aut malum censetur, sed propter subiectas illis bonas aut malas actiones bona aut mala videntur. Vos autem haec clarius perspicitis, utpote philosophia et eruditione omni imbuti. Propterea et qui apud vos iudicantur, etiamsi de maximis criminibus accusentur, bono sunt animo, quum futurum sciant ut in eorum vitam inquiratis, ac neque nominibus moveamini, si inania sint, neque accusationum criminibus, si falsa fuerint: aequabili iudicii ordine damnantem sententiam et absolventem experiuntur. Quod igitur aequabile est omnium ius nos quoque postulamus, ut nequaquam odio habeamur et puniamur quia dicimur Christiani (quid enim nobis hoc nomen ad nequitiam confert?), sed iudicemur de quocumque quis vocaverit, ac vel absolvamur refutatis accusationibus vel puniamur convicta improbitate: non propter nomen (nullus enim Christianus improbus, nisi doctrinam hanc simultate profiteatur), sed propter crimen. Sic etiam de philosophis iudicium ferri videmus. Nemo eorum ante iudicium scientiae aut artis nomine bonus aut malus iudici esse putatur, sed qui improbus quidem

τάξει κτλ., h. e. aequo animo expectant. Sed huic emendandi modo repugnat τὸ πρὸς ἀπαντας ἴσον, quod statim memoratur. Sensus: Rei vestri ius aequabile experiuntur, sive damnandi sive absolvendi; ergo vestram hanc in omnes aequabilitatem nos quoque postulamus.

15. γὰρ] Mon. omisit. — Tertull. Apol. c. 3: „Si nominis odium est, quis nominis reatus?“

16. ἐφ' ὅτων] Duceus ἐφ' ὅτων. Arg. ἐφ' ὅτω (sic). Bodl. 1. 2. Act. ἐφ' ὅτω.

17. γὰρ] Mon. omisit.

18. Οὕτω] Lub. τούτω. — Hoc argumentum, quo utitur Iustinus l. c. c. 4, eo maioris est ponderis, ut Maranus advertit, quod philosophi

deos irritebant, nec tamen idcirco male audiebant aut puniebantur. Tertullianus l. c. c. 46: „Cur ergo quibus comparatur de disciplina, proinde illis non adaequamur ad licentiam impunitatemque disciplinae? Vel cur et illi ut pares nostri non urgentur ad officia, quae nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare aut doierare aut lucernas meridie vanas prostituere compellit? Quin imo et deos vestros palam destruunt et superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis.“

19. ἀντῶν] Bodl. 2 ἀντῶν καὶ. Mox Act. ἀγαθοῖς pro ἀγαθός. Tum Bodl. 1. 2. Act. ἄδικον, non ἄδικος.

δικαστῆ εἶναι δεκτῆ, ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος κολάζεται, οὐδὲν τῆ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα (ἐκείνος γὰρ πονηρὸς ὃ μὴ ²⁰ ὡς νόμος φιλοσοφῶν, ἢ δὲ ἐπιστήμη ἀναίτιος), ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς ἀφίεται. Ἔστω δὴ τὸ ἴσον καὶ ἐφ' ἡμῶν· ὃ τῶν κρινομένων ἐξεταζέσθω βίος, τὸ δὲ ὄνομα παντὸς Β ἀφείσθω ἔγκλήματος. Ἀναγκαῖον δὲ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ²¹ ὑπὲρ τοῦ λόγου δεηθῆναι ὑμῶν, ²² μέγιστοι αὐτοκράτορες, ἴσους ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι καὶ ²³ μὴ τῆ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκατασχεθῆναι, ἐπιτρέψαι δὲ ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλάληθες καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. Ἵμεῖς τε γὰρ οὐ πρὸς ἀγνοίας ²⁴ ἐξαμαρτήσετε καὶ ἡμεῖς, τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης ²⁵ ἀπολυσάμενοι, παυσόμεθα πολεμούμενοι.

3. ¹ Τρία ἐπιφημιζουσιν ἡμῖν ἔγκλήματα, ἀθεότης, Θυέ- C
στεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Ἄλλὰ εἰ μὲν ἀληθῆ ταῦτα, μηδενὸς γένους ² φείσησθε, ἐπεξέλθετε δὲ τοῖς ἀδικήμασι· σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ προῤῥίζους ἡμᾶς ἀποκτείνετε, εἴ γέ τις ³ Χριστιανῶν ζῆ δίκην θηρίων. ⁴ Καίτοι γε καὶ τὰ θηρία τῶν ὁμο-

20. ὡς νόμος] In Bodl. 1. 2. Aet. ὡς deest. Aet. μόνος pro νόμος (c. 3. n. 8).

21. ὑπὲρ τοῦ λόγου] Lindnerus ista verba, quae non intellexit, glossam sapere contendit. Sed ὁ λόγος dicitur de doctrina s. religione, ut supra εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον et mox (coll. cc. 9. 11) τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. C. 4: ὁ λόγος ἡμῶν. C. 11: τὴν ἀφέλειαν... παρα τοῦ λόγου. Cf. C. B. Hase ad Leon. Disc. Histor. (Bonn. 1828) p. 464. Loquendi formula ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τινος c. 22 reperitur. Cf. Prolegg. c. VII. Videtur Iustin. Apol. I. c. 2. n. 8.

22. μέγιστοι] Bodl. 1. 2 ὦ μέγιστοι.

23. μὴ] In Mon. a correctoris manu superscriptum. Bodl. 1 et Aet.

φημι pro φήμη. Arg. non συναπενεχθ. sed ἀπενεχθέντας.

24. ἐξαμαρτήσετε] Pag. 1 ἐξαμαρτήσεται.

25. ἀπολυσάμενοι] Codd. mstii et editi ἀποδυσάμενοι. Illud recte legendum coniecit Maranus probavitque Nolte (Zeitschr. für d. ges. kathol. Theologie, ed. I. Scheiner, T. VI. Vindob. 1854. p. 459). Sic antea: ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας. Et: ἀπολυσάμενος τὰς διαβολὰς. Literae Δ et Λ saepe a librariis commutantur, ut Iustin. Dial. c. Tr. c. 79. n. 11 monui. Nescio cur Lindnerus scripturam τὰ ἀπὸ τῆς... φήμης, omnibus codd. mstis et editis firmatam, prava emendatione τὰ ὑπὸ τῆς... φήμης scil. ὀνειδιζόμενα attentaverit.

esse deprehensus est punitur, nullo in philosophiam redun-
dante crimine (improbis enim ille est qui non legitime philoso-
phatur, scientia extra noxiam), qui vero refutavit calumnias
absolvitur. Servetur itaque haec iuris aequabilitas etiam
erga nos: inquiratur in vitam reorum, nomen omni absol-
vatur crimine. Necessarium autem mihi est doctrinam no-
stram defendere incipienti vos orare, maximi imperatores,
ut aequis animis audiatis nec communi et a ratione alieno
rumore abrepti praeoccupemini, sed vestrum discendi ac
veritatis studium nostrae quoque doctrinae concedatis. Quum
enim vos non per ignorantiam peccabitis tum nos, postquam
refutavimus quae temerarius iste vulgi rumor affingit, bello
appeti desinemus.

3. Tria nobis affingunt crimina: atheismum, Thyesteas
coenas, Oedipodeos concubitus. Quae quidem si vera sunt,
nulli generi parcite, poenas potius scelerum repetite; radi-
citus nos cum uxoribus et pueris delete, si quis Christia-
norum vivit instar ferarum. Quamquam ipsae belluae ge-

1. Τρία κτλ.] Lub. Θυέστια
δειπνα. Par. 2. Lub. Bodl. 1. 2.
Orat. Mon. οἰδιποδίου μιξίς. —
Iam transit Athenagoras ad exposi-
tionem trium criminum Christianis
obiectorum. Vid. Prolegg. c. VI „Ar-
gumenta Operum“. Omnes fere pa-
tres veteres ista commemorarunt.
Cf. Semisch. *Justin der Märtyrer*
T. II (Vratisl. 1842) p. 100 sqq.
Formula vero dicendi, Θυέστια
δειπνα et Οἰδιπόδειοι μιξίς, in
hac Supplicatione tantum et in Epi-
stola Lugdun. ac Vienn. ap. Euseb.
H. E. V. c. 1 (Reliqq. sacr. ed.
Routh T. I. p. 272) comparet. Af-
fingebantur Thyesteae coenae et Oe-
dipodei concubitus Christianis non
solum a gentilibus sed etiam a Iu-
daeis, id quod ad Iustini Apol. I.
c. 26 (n. 29) observavi. Fortasse

Athenagoras scripsit aut voluit scri-
bere: ἀθεότητα, Οἰδιποδέλους μι-
ξίς, Θυέστια δειπνα. Nam hoc or-
dine tria crimina (c. 4 sqq., c. 32 sqq.,
c. 35 sq.) refutavit: eundemque
paullo post servavit (n. 4).

2. φείσησθε] Mon. φείσεσθε.
Statim Arg. ἐπεξέλθατε.

3. Χριστιανῶν] Codd. msti et
edili ἀνθρώπων. Menda est ex non
animadverso scripturae compendio.
Voces χριστιανῶν et ἀνθρῶπων facile com-
mutabantur, praesertim quum θηρία
viderentur opposita. Similes libra-
riorum errores collegi ad Tatianum
c. 39 (n. 9). Eandem emendatio-
nem Nolte (l. c. p. 458) proposuit.

4. Καίτοι γάρ] Aet. non agno-
scit. Sequens καὶ ante τὰ θηρία
Ducaeus omisit. Fuerunt qui exi-

γενῶν οὐχ ἄπτεται, καὶ νόμῳ φύσεως ⁵ καὶ πρὸς ἕνα καιρὸν τὸν τῆς τεκνοποιίας, οὐκ ἐπ' ἀδείας ⁶ μίγνυται, γνωρίζει δὲ καὶ ὑφ' ὧν ὠφελεῖται. Εἴ τις οὖν καὶ τῶν θηρίων ἀνημερώτερος, ⁷ τίνα οὗτος πρὸς τὰ τηλικαῦτα ὑποσχῶν δίκην καὶ πρὸς ἀξίαν κεκολάσθαι νομισθήσεται; Εἰ δὲ λογοποιῖται ταῦτα καὶ διαβολαὶ ⁸ κεναί, φυσικῶ λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν τῆς κακίας ἀντικειμένης καὶ πολεμούντων ἀλλήλοις τῶν ἐναντίων θεῖον νόμῳ, ⁹ καὶ τοῦ μηδὲν τούτων ἀδικεῖν ὑμεῖς μάρτυρες, κελεύοντες μὴ ¹⁰ μηνύειν,

stimarent Atticis non licuisse γέ post τοί collocare nisi alio vocabulo interposito. Sed vid. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 296 et Lobeck. ad Phryn. p. 342. Est καίτοι γε (c. 22. n. 44) fortius quam καίτοι, quamquam maxime. Caeterum verba τῶν ὁμογ. οὐχ ἄπτεται ad Θυσια δειπνα spectant, tum νόμῳ φύσεως ... οὐκ ἐπ' ἀδείας μίγνυται ad Οἰδιποδείους μίξεις, denique γνωρίζει δὲ καὶ ὑφ' ὧν ὠφελεῖται ad ἀθεότητα. Comparat enim Athenagoras tria obiectorum capita cum exemplis belluarum. Belluae non vescuntur quae sui generis sunt, non licentiose coeunt, immo beneficos in se agnoscunt. Ergo his detiores essent homines carnem humanam devorantes, incesti et athei. — Illud ἄπτεσθαι de cibo apud alios quoque reperitur. Aelian. Var. Hist. 72, 37: ἐπ' ἀπορία τροφῶν γενόμενος αὐτός τε (Alexander) ἤφατο τῶν καμήλων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Designatur νόμῳ φύσεως instinctus naturae, qui belluas ad propagationem generis sui stimulat. Ἐπ' ἀδείας (c. 7: impune) i. q. libidinis gratia (c. 32). Ad verba γνωρίζει ὑφ' ὧν ὠφελεῖται exempla Phaedrus 3, 15 et Iesaias 1, 3 offerunt.

5. καὶ] Deest Bodl. 1.

6. μίγνυται] Id ex Par. 1 et Arg. reposui. Caeteri codd. msti et editi μίγνυται. — Bodl. 1. 2 καὶ ὑφ' ὧν δὲ ὠφελεῖται γνωρίζει. Aet. γνωρίζει καὶ ὑφ' ὧν δὲ ὠφελεῖται.

7. οὗτος] Maran. mendose οὗσ. Sensus: Quam poenam pro peccatis dabit ut satis digno sua pravitate supplicio affectus esse videatur? Plinius Hist. nat. X. c. 63: „Quantum in hac parte [h. e. quoad Venerem] multo nocentiores quam ferae sumus.“ Cf. Epicteti Enchiridion c. 47.

8. κεναί] In Mon. deest, sed correctoris manus in marg. supplevit. Εἰ δὲ λογοποιῖται ταῦτα respondet praecedenti εἰ μὲν ἀληθῆ ταῦτα, nempe ἐγκλήματα. De sententia verborum φυσικῶ λόγῳ κτλ. adeas c. 31 observata. Pro τῶν ἐναντίων Stephanus logi maluit καὶ ἐναντίων scil. ὄντων. Sed hac emendatione supersedemus. Maranus laudavit Synesium, qui Ep. 76 non absimili sensu ait: οὐκ ἐθέλει περιμένειν ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, ἀλλὰ νόμῳ φύσεως περιίστανται (vel ἀντιπεριίστανται ut est apud Ioannem Dam. Parall. p. 532): „non sese invicem exspectare amant lux et tenebrae, sed

neris sui belluas non tangunt, et lege naturae et certo tempore quod est procreandae soboli constitutum, non licentiose miscentur, et eos etiam a quibus sibi bene fit agnoscunt. Si quis ergo ipsis belluis immanior, quamnam is talium criminum poenam persolvens etiam pro merito puniri censbitur? Si vero haec verba sunt et calumniae inanes, quae inde oriuntur quod vitium virtuti naturali ratione adversetur et contraria divina lege inter se pugnent, atque nihil horum a nobis admitti vos testes estis, quippe nomen nostrum de-

lege naturae se devitant.“ — Pro *Θείῳ νόμῳ* Act. *Θείῳ μόνῳ* (c. 2. n. 20).

9. καὶ] Scil. εἰ. Nescio quid sibi velit Lindnerus, supplens ἀπὸ ante τοῦ μηδὲν τούτων ἄδικεῖν (ἡμᾶς). Arg. τοῦτον, non τούτων h. e. flagitiorum ante memoratorum.

10. μηνύειν] Codd. msti et editi ὁμοσεῖν. Illa coniectura Marano debetur: quae ita placuit, ut in textu reponerem. Si nihil horum a nobis admitti vos ipsi testes estis, qui nomen nostrum deferri vetatis. „Nefas“, ait ille editor, „ambigere quin respiciat Athenagoras ad aliquod imperatorum edictum, ex quo Christianorum eluceret innocentia. At vix ullo edicto imperatores innocentiam Christianorum significantius declararunt, quam cum eorum nomen deferri vetuerunt. Traianus Plinio rescripserat „hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere“, ut ait Tertullianus Apolog. c. 2. Hadrianus in Epistola ad Minucium Fundanum [ap. Justin. Apol. I. c. 68] in ipsos delatores animadverti iusserat, si Christianos solius religionis nomine accusarent. Idem sanxerat Antoninus Pius. [Melito in Apolo-

Corp. Apoll. Vol. VII.

gia ad M. Aur. ap. Eusebium H. E. IV. c. 26: ὁ δὲ πατήρ σου ... ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν, ἐν οἷς καὶ πρὸς ... Ἀθηναίους καὶ πρὸς πάντας Ἑλληνας.] Marcus Aurelius, etsi tam liberaliter cum Christianis non agebat, eos tamen accusari vetuerat paucis annis ante quam ei hanc Apologiam Athenagoras offerret [a. 174]. „Sicut non palam ab eiusmodi hominibus“, inquit Tertullianus l. c. c. 5, „poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione et quidem tetrione.“ Quare cum Marcus Christianos accusari vetaret, accusatis poenam non eximeret, merito Athenagoras filius testimonio Christianorum innocentiam declarari contendit. Quod quidem argumentum sic Tertulliani nervis vibratur l. c. c. 2: „O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temetipsum censura circumvenis? Si damnas, cur non inquiris? Si non inquiris, cur non et absolvis?“ Haec Tertulliani dicta de Traiani edicto haud scio an melius quadrent

πρὸς ὑμῶν λοιπὸν ἐξέτασιν ποιήσασθαι βίου, δογμάτων, τῆς
πρὸς ὑμᾶς ¹¹ καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον καὶ τὴν βασιλείαν σπου-
δῆς καὶ ὑπακοῆς, καὶ οὕτω ποτὲ συγχωρῆσαι ἡμῖν ¹² οὐδὲν ⁵
πλέον τοῖς διώκουσιν ἡμᾶς. Νικήσομεν γὰρ αὐτούς, ¹³ ὑπὲρ
ἀληθείας ἀόκνως καὶ τὰς ψυχὰς ἐπιδιδόντες.

4. ¹ Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔσμεν ἄθεοι· πρὸς ἕν ἕκαστον ἀπαν-
τήσω τῶν ἐγκλημάτων, μὴ καὶ ² γελοῖον ἢ τοὺς λέγοντας μὴ
ἐλέγχειν· ³ Διαγόρα μὲν γὰρ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλουν Ἀθη-

in edictum M. Aurelii, qui Christianos non solum ut Traianus inquiri, sed etiam accusari vetabat, inflictis accusatoribus gravissima poena, quod a Traiano factum non legimus.“ — Gesnerus verba ista *κελεύοντες μὴ ὁμοιοεῖν*, quod parum quadrare viderentur, in translatione omisit; suspicatur ea cum praecedentibus sic coniungenda: *θείῳ νόμῳ κελεύοντι* [pro *κελεύοντες*] *μὴ ὁμοιοεῖν*. Sed omitti aut aliter collocari nequeunt, quum tota testimonii *ἀτιολογία* in his ipsis sita sit. Suffr. Petrus, quocum Rechenbergius facit, et Decharius nihil mutandum censent: uterque sic interpretatur quasi dicat Athenagoras veluisse imperatores ne gentiles cum Christianis consentirent. Sed inde nulla prorsus sententia erui potest. Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rep. des lettres T. IX. p. 129 sq.) proposuit: *Εἰ δὲ ... κεναὶ (φυσικῶ ... ἀλλήλοισ τῷ θείῳ νόμῳ) καὶ τοῦ ... μὴ ὁμοιοεῖν κτλ.*, quae sic transtulit: „Si vero haec commenta sint... (cum partim naturali ratione sibi invicem opposita sint virtus ac pravitas, partim divina lege se invicem oppugnent), ac si vos ipsi testes nobis sitis nihil tam immane a nobis committi, quippe qui unico nos

veletis nobiscum invicem consentire (h. e. eandem doctrinam tenere, nulla alia scelera nobis obicientes), tum sane reliquum est ut“ etc. Utatur V. D. suo iure. Lindnerus mallet *ὁμολογεῖν pro ὁμοιοεῖν*, quum gentiles cogere Christianos non ad confitendum sed ad negandum (Minnuc. Fel. Octav. c. 28. §. 4). Sic etiam interpres Campidonensis reddidit: „und wenn ihr nicht bezeugen könnt, dass wir Solches begehen, die ihr uns zu läugnen zwingt.“ Sed id non convenit nostro loco, ut quisque videt.

11. καὶ τὸν] Aet. καὶ omisit. Gesner. Morell. Rechenb. καὶ τῶν. Mox Par. 2. Bodl. 1. 2. Aet. non τὴν βασιλείαν sed τῆς βασιλείας. — Non plus iuris expetit Christianis, sed tantundem quantum eorum adversariis.

12. οὐδὲν πλέον τοῖς] = ταὐτὸ τοῖς —. Maranus coniecit ἢ τοῖς διώκουσιν. Bodl. 1 et Aet. πλέον pro πλέον.

13. ὑπὲρ ἀληθείας ... ἐπιδιδόντες] Videtur ratiocinatio Athenagorae duabus rebus tamquam fundamento niti: 1^o Moribus tanto veritatis amore inflammatis nihil inesse posse sceleris, quod legum severitatem reformidet. 2^o. Christianos,

ferri volentes: vestrum iam fuerit inquirere de nostra vita, doctrinis, nostro in vos et domum vestram et imperium studio et obsequio, atque ita tandem aliquando nobis non amplius iuris quam inimicis nostris concedere. Vincemus enim eos, ut qui nostram etiam pro veritate vitam libenter profundamus.

4. Quod igitur attinet ad atheismi crimen nobis immerito afflictum: singulis criminationibus occurram, ne ridiculum sit eos qui haec dicunt non arguere: Diogoram quidem merito atheum iudicabant Athenienses, qui non solum Or-

dam vitam pro veritate profundunt, non cedere adversariis nec ab eis vinci, sed potius vincere. His suppositis sic ratiocinatur Athenagoras: Si nunc Christiani, cum impetrare non possunt ut leges observentur, mortem libenter oppetunt pro veritate, quanto magis causae suae confident et adversarios non metuent, cum accusatoribus non iam nomen Christiani deferendum erit, sed aequabili iure crimina probanda? *Marcanus*. — De contemptu mortis apud Christianos conspicuo cf. *Iustin. Apol. I. c. 57. Dial. c. Tr. c. 96, Tatian. Or. ad Gr. c. 4, Tertull. ad Scap. c. 1, Minuc. Fel. Octav. c. 37.*

1. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἴσμεν ἄθεοι κτλ.] Primum Christianis obiectum crimen refutare instituit, quod erat ἀθεότης. Cf. c. 3. n. 1. De hac re Athenagoras inter omnes patres copiosissime disputavit accuratissimeque. Cf. *Clem. Strom. VII. c. 1. §. 4, Tertull. Apol. c. 10 sqq., Arnob. adv. gent. I. c. 28 sqq.* Caeterum attende animum ad anacoluthon: Ὅτι [initio enuntiationis = was das anbelrifft dass: c. 8; cf. *Iustin. Apol. I. c. 42. n. 3] μὲν οὖν οὐκ ἴσμεν ἄθεοι ... Διαγόρα μὲν*

γὰρ κτλ.: quod originem debet verbis πρὸς Ἐν ... ἐλέγχειν interiectis. Talia apud optimos scriptores deprehenduntur. Dixerat c. 3: Τρία ἐπισημαίξουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα. Iam exspectabas: Πρὸς Ἐν ἕκαστον ἀπαντήσω τῶν ἐγκλημάτων, μὴ ... ἐλέγχειν. Διαγόρα μὲν γὰρ ... θεόν. Ἡμῖν δὲ κτλ. Huc vero respicit Noster, expositionem de atheismo finiens, c. 30: Ὡς μὲν οὖν οὐκ ἴσμεν ἄθεοι ... ἐλήλεγκαί. Statim (c. 31) pergit: Ἐπεὶ δὲ καὶ τροφᾶς καὶ μίξεις λογοποιούσιν ἀθέους καθ' ἡμῶν. — Pro Ἐν ἕκαστον Ael. Ἐν ἑκάστον.

2. γελοῖον] Ridiculum nimirum est nihil habere quod respondeas accusatori, et putare satis esse si crimina obiecta simpliciter neges. *Lindner*. — Pro μὴ καὶ *Bedl. 1. 2. Ael. μηδέ.*

3. Διαγόρα] Diogoram Melium famosum inter veteres „ἄθεον“ describit *Suidas*. Crimina ipsi quinque tribuuntur: ideo ab Atheniensibus praescriptus est. Primum erat, quod praeter datam iurisiurandi fidem Orphicas ceremonias hominibus profanis h. e. non initiatis prodidisset [*Tatian. c. 27.*]; secundum,

ναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον καὶ τὰ ἐν Ἐλευσίनि καὶ τὰ τῶν ⁴ Καβείρων δημεύοντι μυστήρια καὶ τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἵνα τὰς ⁵ γογγύλας ἐφοῖ κατακόπτοντι ξόανον, Β ἄντικρυς δὲ ⁶ ἀποφαινομένῳ μὴδ' ὄλως εἶναι θεόν. Ἡμῖν δέ, διαιρουσιν ἀπὸ τῆς ὕλης τὸν θεόν, ⁷ καὶ δεικνύουσιν ἕτερον μὲν τι εἶναι τὴν ὕλην ⁸ ἄλλο δὲ τὸν θεόν ⁹ καὶ τὸ διὰ μέσου πολὺ (τὸ μὲν γὰρ θεῖον ¹⁰ ἀγέννητον εἶναι καὶ ἀίδιον, νῶ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρούμενον, τὴν δὲ ὕλην γενητὴν καὶ φθαρτὴν), μὴ τι

quod mysteria Eleusinia nondum ἐπόπταις vulgasset, quum lege at-tica cautum esset ut talis pro-palator capite lueret [Sainte-Croix Vers. über die allen Mysterien, übers. v. C. G. Lenz. Goth. 1790. p. 156.]; tertium, quod Cabirorum mysteria publicasset, de quibus, ut Diodorus Siculus refert, nihil efferre licebat neque audire cuiquam nisi qui esset initiatus [Lysias c. Andoc. p. 104. Cic. de nat. deor. III. c. 37; coll. Lobeck. Aglaopham. p. 1202 sqq.]; quartum, quod Herculis statuam con-fregisset, quam historiam etiam Ari-stophanis scholiasta in Nubibus [v. 1073] narrat, ab Athenagora paul-disper discrepans dum lentem pro rapis memorat [Clemens Protr. c. 2. §. 24: ὁ δὲ Ἡρακλῆα ἐξ ξύλου λα-βῶν κατεσκευασμένον — ἔτυχε δὲ ἔφωσεν οἱ οἶκοι, οἷα εἰκός — εἶα δὴ, ὦ Ἡράκλειε, εἶπεν· νῦν σοὶ ἤδη καιρός, ὡσπερ Εὐρουσθεῖ, ἀτάρ δὴ καὶ ἡμῖν ὑποσηγῆσαι τὸν τρισκαι-δέκατον τοῦτον ἄθλον καὶ Δια-γόρῳ τοῦτον παρασκευάσαι, κατ' αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηνεν ὡς ξύ-λον.]; quintum idque gravissimum, unde nomen athei accepit, quod Eu-sebius Praep. ev. XIV. c. 16. §. 1 et Plutarchus De plac. phil. I. c. 7 [coll. Cic. I. c. I. cc. 1. 23. Diog.

Laert. II. 86, 101. Büchemann. ad Lactant. I. c. 2] notant. Rechen-berg.

4. Καβείρων] Arg. et Lub. κα-βήρων. Mox Arg. Ἡρακλῆος.

5. γογγύλας] Bodl. 1. 2. Act. γογγύλας. Cf. Lobeck. ad Phryg. p. 103.

6. ἀποφαινομένῳ] Par. 2 et Lub. ἀποφαινομένου. Mon. ἀπο-φαινόμενον. Pro μὴδ' ὄλως (editi μὴδὲ ὄλως, — c. 1: μὴδ' ὄλως θεὸν ἠγεῖσθαι) εἶναι Par. 2 in-verso ordine εἶναι μὴδὲ ὄλως.

7. καὶ δεικνύουσιν] Haec verba usque ad καὶ τὸ διὰ absunt a Bodl. 1: secunda manus margini adscripsit.

8. ἄλλο] Bodl. 2 ἄλλον.

9. καὶ τὸ διὰ μέσου πολὺ] Desideratur τὸ in Bodl. 2. Rössler (Lehrbegr. d. chr. Kirche. Francof. ad M. 1774. p. 124 sq. Bibliothek d. KVV. T. I. p. 186) haec verba inepte de angelis explicuit. Τὸ διὰ μέσου est interstitium (Potr.), dis-crimen (Gesn.) inter deum et ma-teriam. C. 15: Vulgus discernere non valet τί μὲν ὕλη τί δὲ θεὸς πόσον δὲ τὸ διὰ μέσου αὐτῶν. . .

phicam doctrinam in medium proferebat et Eleusinia Cabiorumque mysteria vulgabat et ligneam Herculis statuam ut rapas coqueret dissecuit, sed deum omnino non esse aperte pronuntiabat. Nobis vero, qui deum a materia disiungimus, et aliud quidpiam materiam aliud deum ac magnum inter utrumque intervallum esse demonstramus (deum enim infectum esse et aeternum, sola mente et ratione conspicuum, materiam autem factam et corruptibilem), nonne imme-

διεστᾶσι πάμπολυ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον ὅσον τεχνίτης καὶ ἡ πρὸς τὴν τέχνην αὐτοῦ παρασκευή. Coll. c. 20: δῆλον γὰρ ὅτι ὑποδιαλλάσσειν δεῖ τῶν γηίνων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης ὑποκρινομένων τὸ θεῖον.

10. ἀγέννητον] H. e. (a v. γίνεσθαι) non factum (ungeworden), ortum sive originem non habens. Hanc vocem, cui bene respondet sequens αἰθῖον et materia γεννητή (mox: οὐ γενόμενον), Par. 1. Arg. et Lub. offerunt. In Arg. hic et deinceps alterum v. erasum est. Caeteri, codices pariter atque editores, ἀγέννητον h. e. (a v. γεννᾶσθαι) non genitum, non generatum. Saepo ista confunduntur vocabula (c. 6. n. 11. 14. c. 8. n. 4. c. 10. n. 1. c. 15. n. 2. c. 22. n. 12. c. 23. n. 9); pariter γεννητός et γεννητός (c. 6. n. 12. c. 19. n. 3. c. 20. n. 2), ἐγεννήθη et ἐγεννήθη, similia. Cf. Iustin. Dial. c. Tr. c. 2. n. 5 et Cohort. ad Gr. c. 4. n. 4. Interdum omnes belle consentiunt, ut c. 8 ὁ δὲ θεὸς ἀγέννητος, c. 21 γεννητός ἐστὶ (Iupiter), cc. 20. 22. 23. 30 deorum γένεσις. Cf. c. 19. n. 6. Mox codices γεννητὴν habent, ex quo solus Aet. et Rechenberg. γεννητὴν fecerunt. Bodl. 2 et Aet. δὲ ante ὕλην

omiserunt. — Stephanus: „Ἀγέννητον, propter derivationem, ubique pro ἀγέννητον usurpari potest, at non vicissim ubique ἀγέννητον pro ἀγέννητον. Et hanc differentiam quidam graeci theologi in Christi persona observarunt: qui fuit ἀγέννητος ut et pater, at non ἀγέννητος. Contra in omni animantium genere quae prima exstiterunt fuerunt ἀγέννητα, at non ἀγέννητα, siquidem γεγόνασιν i. e. ἐκτίσθησαν, condita fuerunt a deo conditore omnium et creatore: non autem ἐγεννήθησαν ἐξ ὁμοίων i. e. non generata fuerunt ex eiusdem generis animantibus. Repugnantia enim loqueretur qui diceret prima esse quaedam et γεννηθῆναι ἐκ τῶν ὁμοίων. Quinetiam hic si dicas Prima animantia ἐγεννήθησαν, unica v. id verum comperietur: si ἐγεννήθησαν, duplici v. falsum. Magna igitur attentione et cautione in huiusmodi locis opus est. In hoc Athenagorae nostri loco ubi habetur ἀγέννητον, deinde γεννητὴν: quemadmodum γεννητὴν scribi possit, ut sit ab eodem verbo a quo ἀγέννητον: ita vicissim non male scribatur ἀγέννητον simplici v. ut ab eodem sit a quo γεννητὴν.“ — Lub. νῶ μόνον. C. 10: νῶ μόνον καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον.

οὐκ ¹¹ ἀλόγως τὸ τῆς ἀθεότητος ἐπικαλοῦσιν ὄνομα; Εἰ μὲν γὰρ ¹² ἰφρονοῦμεν ὅμοια τῷ Διαγόρᾳ, τοσαῦτα ἔχοντες πρὸς θεοσεβίαν ἐνέχυρα, ¹³ τὸ εὐτακτον, τὸ διὰ παντὸς σύμφωνον, τὸ μέγεθος, τὴν χροίαν, τὸ σχῆμα, τὴν διάθεσιν τοῦ κόσμου, εἰκότως ἂν ἡμῖν καὶ ἡ τοῦ μὴ θεοσεβεῖν δόξα καὶ ἡ τοῦ ἐλαύνεσθαι αἰτία προσετρίβετο. Ἐπεὶ δὲ ¹⁴ ὁ λόγος ἡμῶν ἓνα θεὸν ἄγει τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴν, αὐτὸν μὲν οὐ γινόμενον (ὅτι τὸ ὄν οὐ γίνεται ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν), ¹⁵ πάντα δὲ διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου πεποιηκότα, ¹⁶ ἐκάτερα ἀλόγως πάσχομεν, καὶ κακῶς ἀγορευόμεθα καὶ διακόμεθα.

5. ¹ Καὶ ποιηταὶ μὲν καὶ φιλόσοφοι οὐκ ἔδοξαν ἄθεοι, ² ἐπιστήσαντες περὶ θεοῦ. Ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ ποιητὴν πρόληψιν ἀνεπιστημόνως ὀνομαζομένων ³ θεῶν διαπορεῶν · D

⁴ Ὄφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ

Ζεὺς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχεῖ καθιστάναι.

11. ἀλόγως] Act. ἀλόγῳ (n. 16).

12. ἰφρονοῦμεν] Bodl. 1. 2. Act. φρονοῦμεν. Act. τοσοῦτον pro τοσαῦτα.

13. τὸ εὐτακτον κτλ.] Minucius Felix: „Quid potest esse tam apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum oculos in coelum sustuleris et quae sint infra circaque iustraveris, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur“ etc. Similiter Lactantius Instit. I. c. 2: „Nemo est tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in coelum tollens, tametsi nesciat, cuius dei providentia regatur hoc omne quod cernitur, non aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione“ etc. Expressit uterque Ciceronem, quem

vide De nat. deor. II. c. 5. Cf. etiam Tertull. Apol. c. 17. Gregor. Naz. Orat. 2 de theologia, alios. Kortholt. — Μουδί χροίαν (vulgo χροιάν pro forma illa attica legitur, c. 24 χροία) quid dicat, equidem nescio. Lindnerus de pulchritudine mundi intelligit. Etiam quomodo Athenagoras τὴν διάθεσιν τοῦ κόσμου capiat, quum antea memoraverit τὸ εὐτακτον eius, difficile est dictu.

14. ὁ λόγος ἡμῶν ἑ. θ. ἄγει] Lindnerus interpretatur „ἡμεῖς ἐν τῷ λόγῳ ἄγομεν ἰ. e. λέγομεν.“ Sed quid sit ὁ λόγος exposui c. 2. n. 21. Ἄγειν dictum est ut Latinarum ducere h. e. aestimare (achten), agnoscere, statuere. C. 6. 10. 30: θεὸν ἄγοντες. C. 13. 14. 15: θεοῦς ἄγειν. C. 22: εἰ καὶ πάντες ... ἀπὲ τοῦ κυβερνήτου ἄγει. C. 23: θεὸν μὲν τὸν νοῦν τ. κό-

rite atheorum nomen imponitur? Nam si idem ac Diagoras sentiremus, quum tam praeclara habeamus dei colendi pignora, ratum ordinem, porrectum per omnia concentum, magnitudinem, colorem, figuram, descriptionem mundi: merito nobis et impietatis opinio et causa cur vexemur imputaretur. Sed quia doctrina nostra unum deum agnoscit huiusce universi creatorem, qui ipse quidem non factus est (quod enim est non fit sed quod non est), omnia vero per logon suum fecit, utrumque immerito patimur, ut et male audiamus et vexemur.

5. Ac poetae quidem et philosophi non visi sunt athei, quum de deo quaerent. Euripides de iis qui inscienter secundum praeiudicatam vulgi opinionem appellantur dii dubius:

Debebat, si est in coelo

Iuppiter, eundem non reddere calamitosum.

σμου ἄγει. Plato Theaet. p. 172 B: ὠδέ πως τὴν σοφίαν ἄγρουσι.

15. πάντα ... πεποιηκ.] Coll. Ioann. 1, 3. — Codices editi omnes παρ' αὐτοῦ (refl.) pro παρ' αὐτοῦ exhibent, id quod reposui ex Par. 1. 2. Arg. Lub. Mon. Cf c. 2. n. 9.

16. ἐνάτερα] II. e. τὴν τοῦ μὴ θεοσεβεῖν δόξαν εἰ τὴν τοῦ ἐλαύνεσθαι αἰτίαν: ad quae etiam verbis hic appositis respicit. — Pro ἀλόγως Bodl. 1. 2. Act. ἀλόγῳ (n. 11). Statim Mon. πάσχωμεν.

1. Καὶ ποιηταὶ κτλ.] Hoc argumentum a pari ductum est: quum poetae et philosophi qui eadem atque Christiani de deo scripserunt non sint impii iudicati, cur Christiani accusantur? Simili modo disputarunt Iustinus Martyr (Apol. I. c. 20. Coh. ad Gent. c. 14) aliique patres. Cf. T. Pfannori Systemis

theolog. gent. pur. (Bas. 1679. 4^o) c. 2.

2. ἐπιστήσαντες] Heynius (c. 1. n. 13) legit ἀπιστήσαντες. „Allegatus enim Euripidis locus habet dubitationem.“ Verum minime muto. Nam „alius eiusdem poetae locus δογματίζει atque idem qui de diis vulgi dubitat deum intelligentiae soli expositum certo adstruit“ (Lindn. in Cur. poster.).

3. θεῶν] Desideratur in Bodl. 2 et Act. Pro διαπορῶν Bodl. 1. 2 (Bodl. 2 supra lineam) et Act. διαπορεῖν.

4. Ὄφειλε ... καθιστάναί] Incertae Euripidis fabulae fragmentum. Quum in Phoeniss. v. 83 sq. similiter legatur: Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς, δὲ δὲ σύμβασιν τέκνοισ· χορὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἔαν βροτῶν τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθιστάναί, Valckenarius (ad h. l.) illos ver-

Ἐπὶ δὲ τοῦ κατ' ἐπιστήμην νοητοῦ ὡς ἔχει νοῦς δογματίζων·

Ἔορᾶς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
Καὶ γῆν περίξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Ἐπιπέβηκεν, ὑποκειμένας ἐώρα (Ἐ Ζῆνα γάρ, ὅστις ἐστὶ Ζεὺς, οὐκ

sus ex hoc Phoenissarum loco fluxisse atque interpolatos esse iudicavit. Sed admonuit F. G. Wagnerus (Poetarum tragicc. gr. fragmm. Vol. II, Vratisl. 1844, p. 492) hanc rationem perquam incertam esse: haud raro enim Euripidem iisdem versibus bis usum esse. „Neque quid in iis Euripidi non conveniat video.“ Lub. et Mon. ὄφειλε. Bodl. 1. 2. Aet. ὄφειλεν ἦδεν pro ὄφ. δ'. Arg. Bodl. 2. Aet. καθιστάται. Gesnerus sic legendum coniecit: ὄφειλε δ', εἴπερ ἐστὶ που ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, μὴ τὸν ἐσθλὸν δυστυχῆ καθιστάται. Probavit Maranus τὸν ἐσθλὸν pro τὸν αὐτόν. Valckenarius melius: ὄφειλε δ', ὄντως εἴπερ ἐστ' ἐν οὐρανῷ κτλ., collato Herc. fur. v. 1345 δαίται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἐστ' ὄντως θεός, οὐδενός. Meinekius vero (Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 1846. N. 138. p. 1099) post οὐρανῷ excidisse κρατῶν censuit. Nihil praeterea opus.

5. ὡς ἔχει νοῦς] Codd. msti et editi ὡς ἐκαῖνος. Inepte Dechairius ellipticum loquendi modum statuit, sensumque loci esse ac si dixisset ὡς ἐκαῖνος ὁ θεός. Refringendum opinati sunt Gesnerus ὅτι θεός et Maranus οὕτως ἐκαῖνος. Recte Sam. Petitus (Var. Lect. l. III. c. 3) proposuit ὡς ἔχει νοῦς. Quod Lindnerus (in Cur. post.) probavit: equi-

dem in textu collocavi. Sed male interpretatus est ille: docens quomodo ille esse deprehendatur. Melius Lindner.: De deo autem, qui ab eruditis mente percipitur, idem saniora docens ait. Opponuntur sibi πρόληψις et ἐπιστήμη, ὀνομαζόμενος et νοητός (= qui mente tantum percipitur), ἀνεπιστημόνως et ὡς ἔχει νοῦς, διαφορῶν (nempe Eur. εἴπερ ἐστ' κτλ.) et δογματίζων.

6. Ἔορᾶς . . . θεόν] Incertae Euripidis fabulae fragmentum. Servarunt hos versus etiam Stobaeus Eclog. Phys. I. 3, 2. p. 26 ed. Heeren, Lucianus Iup. trag. 41. T. VI. p. 274 ed. Bip., Clemens Alex. Strom. V. c. 14. §. 115 (coll. Protr. c. 7. §. 74) et hinc Eusebius Praep. ev. XIII. c. 13. §. 50. Duos priores versus citant Plutarchus quoque Opp. T. II. (ed. Bip.) pp. 601 A. 780 D. 919 B. et Clemens Alex. Protr. c. 11. §. 25, versum tertium Lucianus T. IX. p. 248. Locum Valckenarius (Diatr. p. 47), cui A. Matthiae (Eur. tragg. et fragm. T. IX, Lips. 1829, p. 362) adstipulatur, e Crossis petitum censuit, quum Ennii versus hinc expressus ap. Cicer. de nat. deor. II. c. 2 „Adspice hoc sublime candens quem invocant omnes Iovem“ ex eius Thyeste sumtus sit. Sed Wagnerus (l. c. p. 430): „Quum

De eo autem qui secundum doctrinam mente percipitur convenienter menti definite loquens:

*Vides sublimem hunc qui immensum aethera
Et terram humidis circum tenet ulnis?
Hunc puta Iovem, hunc existima deum.*

Illorum enim neque naturas, quibus nomina imponi solent, subesse (*Iovem enim, quicumque sit Iuppiter, haud novi nisi*

Cressas et Thyesten diversas fabulas fuisse docuerimus, Euripideos versus potius, si quidem hos Ennius ante oculos habuit, ad Thyesten referemus.“ — Pro τόνδ' Mon. τόν δ'. Bodl. 1. 2. Aet. non γῆν sed τῆν habent, at Aet. in marg. γῆν. Arg. περίξ ἔχοντα. Mon. praepositionem ἐν omisit. Lub. ἔχοντα ὑγραῖς ἀγκάλαις, „quod pede ferendum censeo metri causa, quia v producitur, in quarto autem perraro iaveneris spondeum“ (Kaiser). Bodl. 1 et Aet. τοῦτο pro τοῦτον. Bodl. 1 τόνδ' Δι' ἡγοῦ pro τόνδ' ἡγοῦ. — Maranus: „Hos versus Athenagoras deflectit ab ea sententia in quam accipi solent. Sic enim eos interpretatur Cicero de nat. deor. II. c. 25: *Vides sublime fusum immoderatum aethera, Qui tenero terram circumiectu amplectitur? Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Iovem.* Liquet Euripidis versus sic a Cicerone reddi, ut aether, qui terram circumplectitur, pro deo habendus sit. Sed aliter interpretandi necessitatem nobis attulit Athenagoras, qui non aetherem pro deo haberi ab Euripide existimat, sed eum qui et aetherem et terram complectitur. Nam 1º. Euripidem laudat Athenagoras, quod deum ex operibus in aethere et terra manifeste cognosci doceat. Non aetherem ergo

sed eum qui aetherem complectitur deum ab Euripide credidit agnoscí. 2º. Euripidem loqui declarat de deo qui scientiã tantum cognoscitur, ἐπὶ τοῦ κατ' ἐπιστήμην νοητοῦ, nedum de aethere hos versus acceperit. Sic interpretandi Euripidis locum fortasse dedit Athenagoras is eiusdem poetae versus, quem citant Iustinus in libro De monarchia [c. 27. n 20] et Clemens Alex. Protrept. [c. 6. §. 61]: τόν πάνθ' ὀρῶντα καὐτόν οὐχ ὀρῶμενον. Sed illud ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις dubitare non sinit quin aetherem Euripides appellaverit deum.“

7. Τῶν μὲν] Nempe ὄνομαζομένων θεῶν. Bodl. 1. 2 τόν μὲν. Mox αἷς Bodl. 1. 2. Mon. omiserunt; Aet. αἷ. Dechairius, locum non intelligens, mallet οἷς. Dein ἐώφα in Bodl. 1. 2. Aet. desideratur.

8. Ζῆνα ... λόγῳ] Hunc versus (ex Euripidis Melanippe), de quo Iustin. De mon. c. 5. n. 60 adeas, liberius citat Athenagoras. Codd. msti omnes οἷδα, editi (excepto Marauiano) οἷδεν. Post λόγῳ in marg. Mon. ut inserendum addidit corrector κλύων, quemadmodum est apud Lucianum. Cf. Matthiae l. c. p. 213. Πλήν λόγῳ non est i. q. nisi ratione (Petr.), verum nisi verbo s. sermone.

οἶδα πλὴν λόγῳ) οὔτε τὰ ὀνόματα ὁ καθ' ὑποκειμένων κατηγορεῖσθαι πραγμάτων. (Ὡν γὰρ αἱ ¹⁰ οὐσίαι οὐχ ὑπόκεινται, τί πλέον αὐτοῖς τῶν ὀνομάτων;) ¹¹ Τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων, ὄψει τῶν ἀδήλων νοῶν τὰ φαινόμενα ἀέρος, αἰθέρος, γῆς. ¹² Οὐ οὖν τὰ ποιήματα καὶ ὑφ' οὗ τῷ πνεύματι ἠνιοχεῖται, τοῦτον καταλαμβάνετο εἶναι θεόν, συνάδοντος τούτου καὶ Σοφοκλέους·

¹³ Εἰς ταῖς ἀληθείαισιν, εἰς ἔστιν θεός,

“Ὁς οὐρανὸν ἔκτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν,

πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν τοῦ κάλλους ¹⁴ τὰ ἐκείνου πληρο-

B

9. καθ' ὑποκ.] Lindn. putavit legendum μὴ ὑποκ., sed non rationibus probavit. Bodl. 2 καθ' ὑποκειμένον.

10. οὐσίαι] Aet. οὐσία. Tum πλέων, non πλέον, Bodl. 1 et Aet. — Suffr. Petrus interpretatur: quid his praeter nomina reliquum est?

11. Τὸν δὲ] Nempe νοητὸν θεόν, scil. ἐώρα, quod praecedebat. Verba ὄψει κτλ. sic interpreto: mit Hinblick auf das Unsichtbare (verborgene Wesen) erwägend die Erscheinungen des Alls. Rom. 1, 20: τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ („sein unschaubares Wesen“) ... τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθοραῖται. Verba ἀέρος κτλ., ne claudicante pedo sequantur, minime censeo appositionem esse praecedentium ἀπὸ τῶν ἔργων, commate post φαινόμενα collocato, sed coniungenda cum (substantivo) τὰ φαινόμενα proxime antecedente: cf. Matthiae *Ausf. griech. Gr.* (ed. 2) p. 1126. Winer *Gramm. d. neutest. Spr.* (ed. 6) p. 317. Pro Τὸν δὲ Aet. τῶν. Non ἀέρος Par. 1. 2. Olib. 1. 2. Lub. Orat. Mon. legunt sed ἀέρα. Causa erroris conicitur in ultima praecedentis vocis syllaba. In Mon. correctoris manus

acc. ἀέρα superscripsit ὄς. Convenientius Arg. ἀέρα αἰθέρα γῆν. — Hic locus miserrime torsit editores. Gesnerus coniecit: τὸν δὲ ἀ. τ. ἔ. ὄψει οὐχ (pro τῶν, quod in omnibus codicibus mstis est) ἀδήλων νοῶν καὶ (vel τῶν) φαινομένων, ἀέρος etc. Dechairius mallet τὸν δὲ ἀ. τ. ἔ., ὄψει τὸν ἀδήλον, νοῶν τὰ φαινόμενα, ἀέρος etc. Io. Alb. Fabricius (*Hist. crit. de la rep. des lettres* T. IX. p. 130 sq.) legit: τὸν δὲ ἀ. τ. ἔ. ὄπει [= ἔλεγχον vel εἰκόνα!] τῶν ἀδήλων νοῶν τὰ φ., ἀέρος, αἰθ., γῆς, οὐ ὄντα ποιήματα καὶ etc. Maranus „lucis aliquid his tenebris“ afferre studuit incommoda hac coniectura: τὸν δὲ ἀ. τ. ἔ. ὄπει τὸν ἀδήλον νοῶν, τὰ φαινόμενα ἐώρα αἰθέρος, γῆς. Transtulit: *Illum autem invisibilem ex operibus inquirens, ea videbat quae manifesta sunt in aethere [et] terra.* Lindnerus inepte: τὸν δὲ (sc. ἐώρα) ἀπὸ τ. ἔ. ὄπει ἀδήλων, νοῶν τὰ φ. [τῆς] ἀέρος etc.

12. Οὐ] Maran. οὐ mendose. Vocula καὶ ante ὑφ' οὐ in Bodl. 2 et τῷ πνεύματι in Mon. deest. Mon. τούτο pro τούτω post συνάδοντος. Maranus verba συνάδοντος ... πλη-

σανά) neque nomina rebus subiectis imponi videbat. (Quorum enim nulla subest natura, quid iis prosunt nomina?) Hunc vero [videbat] ex operibus, attentione numinis occulti ea considerans quae conspicua sunt in aëre, aethere, terra. Cuius ergo exstant opera et cuius spiritu reguntur, hunc deum esse perspiciebat, assentiente ei etiam Sophocle:

Unus profecto, unus est deus,

Qui coelum condidit et terram magnam,

circa dei naturam, quae pulchritudine opera divina implet;

ρουμένην semicircularis inclusit. — C. 6: τῷ παρ' αὐτοῦ πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα.

13. *Εἰς ... μακράν*] Hic Pseudo-Sophoclis locus etiam in Iustini Cohort. ad Gent. c. 18 (n. 2) et De monarch. c. 2 (n. 15) citatur: ubi vide plura a me observata. Lub. (et Petr.) pro *Εἰς ... θεός* legit *ταῖς ἀληθείαις ἵν' εἰς ἐστὶ θεός*. Mon. σοφεῖς ταῖς ἀληθείαις ἵν' εἰς ἐστὶν θεόν. Posterior manus s supra v scripsit, ut legatur *θεός*. Act. σοφισταῖς ἀληθείαις ἵνα εἰς ἐστὶ θεός. Etiam Par. 2 et Bodl. 1. 2 ἀληθείαις ἵνα. Ducaeus ἀληθειήσιν. Pro οὐρανόν Bodl. 1. 2 οὐρανοῦ. Bodl. 2 et Lub. ἔτευξε pro τ' ἔτευξε. Mon. ἔτευξεν.

14. *τὰ ἐκείνου*] Sic rescripsi. Codd. msti et editi τοῦ ἐκείνου. Pro *πληρουμένην* (quod in codicibus mstis comparet: soli Mon. et Bon. *πληρουμένων*, Arg. *πληρουμένα*) Gesner., Morell., Rechenb. *πληρουμένων* habent. Verba τοῦ κάλλους τὰ ἐκείνου (sc. θεοῦ) *πληρουμένην* spectant ad ista Euripidis: τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ γῆν περίεξ ἔχονθ' ὕγραῖς ἐν ἀγκάλαις. — Gesnerus et Langus pro

πρὸς (= quod allinet ad) τὴν κτλ. legi voluerunt τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν ἀπὸ τοῦ κάλλους τοῦ ἐκείνου (τοῦ οὐρανοῦ) ἀνευρίσκων ἐκάτερος, etc. „Nam ex pulchritudine mundi homines primum commotos de deo cogitare coepisse Plutarchus (De placitis philosophorum) docet.“ Suffr. Petrus ita struit: ἔτευξε γαῖαν μακράν πληρουμένην τοῦ κάλλους τοῦ ἐκείνου τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν. Fabricius (l. c. p. 139): *praeter naturam dei* (h. e. ea tamquam argumento usus), *quae utrumque* (coelum et terram) *tanta implevisset pulchritudine, docens etc.* Lindner. (cum Dechairio): „*Praeter naturam πληρουμένην* (ἐκ) τοῦ ἐκείνου (θεοῦ) κάλλους, ἐκάτερα (duo adhuc) *διδάσκων.*“ Omnes a recta via aberrarunt. Maranus cognovit τὰ ἐκείνου legendum esse, sed (vid. n. 12) illud *πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν* ad praecedens *συνάδοτος* retulit. Laudavit Themistium in Oratione tertia sic dicentem: ἡ Ἀθηναῖ ἐκθοροῦσα τῆς τοῦ πατρὸς κεφαλῆς κατέπλησε μὲν οὐρανὸν τοῦ πρώτου κάλλους, κατέπλησε δὲ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα.

μένην ¹⁵ ἐκάτερα, καὶ ποῦ δεῖ εἶναι τὸν θεὸν καὶ ὅτι ἕνα δεῖ εἶναι, διδάσκων.

6. Καὶ Φιλόλαος ¹ δέ, ὥσπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειληφθαι λέγων, καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει. ² Λύσις δὲ καὶ Ὀψιμος ὁ μὲν ἀριθμὸν ἀρρήτων ὀρίζεται τὸν θεόν, ὁ δὲ τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν τὴν παρὰ ³ τὸν ἐγγυτάτω ὑπεροχὴν. Εἰ δὲ μέγιστος μὲν ἀριθμὸς ὁ C δέκα κατὰ τοὺς Πυθαγορικούς, ⁴ ὁ τετρακτὺς τε ὢν καὶ πάντας τοὺς ἀριθμητικούς καὶ τοὺς ἀρμονίους περιέχων λόγους, τούτῳ δὲ ἐγγὺς παράκειται ὁ ἐννέα, μονὰς ἐστὶν ὁ θεός, τοῦτ' ἐστὶν εἷς. ⁵ Ἐνὶ γὰρ ὑπερέχει ὁ μέγιστος τὸν ἐγγυτάτω ἐλάχιστον αὐτῷ. ⁶ Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οὐχ ὡς ἐπιδεικνύων τὰ δόγματα τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβές, οὕτως ἃ εἰρήκασι περὶ θεοῦ διέξιμι· οἶδα γὰρ ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχυῖ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε τοσοῦτον καὶ τῷ πᾶσαν παιδείαν ἀκριβοῦν D

15. ἐκάτερα] H. e. dei divinitatem a materia (c. 4. n. 9: τὸ διὰ μέσου πολὺ) et eius unitatem: ποῦ δεῖ εἶναι τὸν θεόν (ab omni mortali concretione segregatum) et ὅτι ἕνα δεῖ εἶναι. Verba spectant ad Euripidis versus: et illa quidem ad Ὁρᾶς τὸν ὕψοῦ, haec vero ad Τοῦτον . . . ἡγοῦ θεόν. Poeta sublimem illum, qui omnia fecit et gubernat, solum deum esse pronuntiat. — In Bodl. 1. 2. Aet. δεῖ post ποῦ desideratur. Mox iidem codd. et Par. 2 ἕνα δεῖ εἶναι τὸν θεόν διδάσκων.

1. δέ] Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. Verba περιειληφθαι usque ad ὁ δὲ τοῦ μεγίστου Bodl. 1. 2 non habent; sed Bodl. 1 in marg. praebet. Cf. Boeckh *Philolaus d. Pythagoræers Lehren*. Berol. 1819.

2. Λύσις δὲ καὶ Ὀψιμος] Codd. msti et editi. Λύσις δὲ καὶ ὄψει. In illis vox ὄψει, ut iam olim su-

specta, punctis infra vel supra lineam notata est. Melius solus Arg. ὄψει. Langus reponendum censuit *Οἰνοπίδης* (Chius). Nourrius (Appar. ad Bibl. Max. P. I. p. 495) maluit ὁ Ποσειδώνιος (Sext. Emp. adv. math. p. 154). Sed recte Io. Meursius (Denarius Pythagoricus, Lugd. Bat. 1631. 4^o, p. 9) legit Ὀψιμος. „Lysis [Λῦσις et Λύσις apud veteres] enim et Opsimus philosophi ambo Pythagorici fuerunt, et uterque a Iamblicho memoratur inter Pythagorae sectatores, in catalogo eorum quem contexit [Vit. Pythag.] c. 36, ubi Lysis inter Tarentinos ponitur, Opsimus inter Rheginos.“ De Lyside referunt etiam Aelianus Var. hist. III. c. 17 et Pausanias IX. 13, 1.

3. τὸν ἐγγυτάτω] Scil. ἀριθμὸν. Codd. msti et editi τῶν ἐγγυτάτων. Sed in Arg. vera lectio supra lineam a prima manu indicata est. Etiam Gesnerus monuit legen-

utrumque, et ubi deum esse oporteat et unum esse oportere, docens.

6. Philolaus autem, tamquam in carcere omnia a deo comprehendi dicens, et unum esse et supra materiam esse demonstrat. Lysis vero et Opsimus deum definiunt: ille numerum ineffabilem, hic id quo maximus numerus proximum sibi [numerum] superat. Igitur si maximus numerus secundum Pythagoricos denarius est, utpote quaternarius et omnes rationes numerales harmonicasque in se continens, eum vero novenarius proxime antecedit: unitas est deus, hoc est unus. Unitate enim maximus numerus eum superat qui proxime minor est ipso. Platonis etiam et Aristotelis sententiam exponam. Nec tamen quasi philosophorum placita accurate demonstrans, ita eorum de deo dicta persequor; scio enim vos quantum prudentia et imperii potentia omnes superatis tanto etiam accurata omnis eruditionis investigatione omnibus prae-

dum τὸν ἑγγυτάτω, ut paullo post legitur.

4. ὁ τετρακτύς τε ὧν] Quum numerum denarium eundem et quaternarium dicit, hoc sibi vult, quod unum, duo, tria, quatuor, si coniunguntur inter se, decem conficiant. Caeterum de tetracty Pythagoraeorum plura disserere nostri non est instituti. Adest, si cui otium est, Cudworthi Systema Intellect. c. 4. §. 20. Hic numerus quaternarius rationes numerorum in se continere dicitur, quoniam I signum unitatis non ultra quatuor progreditur; tum novum signum V auctum quatuor unitatibus efficit X et sic porro. Harmonicas vero rationes ideo continere dicitur, quia apud musicos nota est ἡ διὰ τεσσάρων συμφωνία, de qua Censorinus De die natali c. 10 et Gellius N. A. III. c. 10. Lindner. — Pro ἀρμονίους Lub. ἀρμονικούς. Tum τουτέστιν, Pro

τούτῳ δὲ (scil. τῷ δέκα) Bodl. 1 τούτων δὲ. Act. non ἔστιν sed δὲ.

5. Ἐνὶ ... αὐτῷ] Egregia vero ratio, cur deus sit monas, quia unitas est, qua numerus novenarius minor est maximo sive denario. Lindner. — Gesner. mavult ἀριθμὸν pro ἐλάχιστον: qua mutatione non est opus.

6. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης κτλ.] Haec concise dicta sic capias: Πλ. δ. κ. Ἀρ. ἃ εἰρήκασε περὶ θεοῦ διέξειμι, καὶ (et quidem) οὐχ οὕτως ὡς etc. Maranus male edidit: Πλ. δὲ καὶ Ἀρ. (καὶ οὐχ ... τὰς δόξας ἐτρακόμην) φησὶν οὖν etc. Caeteri editores: Πλ. δὲ καὶ Ἀρ. (καὶ οὐχ ... ἀποτεμνόμενοι) ἀλλ' ἐπειδὴ etc. Solus Lindnerus: Πλ. δὲ καὶ Ἀρ. ... διέξειμι· (οἶδα γὰρ ἀποτεμνόμενοι) ἀλλ' ἐπειδὴ etc.

7. ἃ] Arg. ἄν. Mox Act. παρὰ pro περὶ.

πάντων κρατεῖτε, οὕτω καθ' ἕναστος παιδείας μέρος ⁸κατορθοῦντες ὡς οὐδὲ οἱ ἐν αὐτῆς μόριον ἀποτεμνόμενοι. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατον δεικνύειν ἄνευ παραθέσεως ⁹ὀνομάτων ὅτι μὴ μόνοι εἰς μονάδα τὸν θεὸν κατακλείομεν, ἐπὶ τὰς δόξας ἐτραπόμην. Φησὶν οὖν ὁ Πλάτων· ¹⁰Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὐρεῖν τε ἔργον καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· ἕνα τὸν ¹¹ἀγέννητον καὶ αἰδίου νοῶν θεόν. Εἰ δ' οἶδεν καὶ ἄλλους, ¹²οἷον ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἀλλ' ὡς γενητούς οἶδεν αὐτούς· ¹³Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς κατήρτη ἔργων, ἅλυστα ἐμοῦ μὴ θέλοντος· τὸ μὲν οὖν δεῖν πᾶν λυτόν. Εἰ τοίνυν οὐκ ἔστιν ἄθεος ¹⁴Πλάτων, ἕνα τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων νοῶν ἀγέννητον θεόν, οὐδὲ ¹⁵ἡμεῖς ἄθεοι, ὑφ' οὗ λόγῳ δεδημιούργηται καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα τοῦτον εἰδότες καὶ κρατοῦντες θεόν. ¹⁶Ὁ δὲ Ἀρι-

8. κατορθοῦντες] Bodl. 1. Aet. et in marg. Mon. ἀπαισοῦντες. Illud κατορθοῦν, absolute positum, est bene et praeclare res gerere, Glück haben. Cf. Herbst ad Xenoph. Mem. S. III. c. 1. §. 3. et Pape Lex. gr. s. v. (T. I. p. 1204). Arg. κατορθοῦτε. Bodl. 2 verba μέρος κατορθοῦντες usque οὖν ποιητὴν omisit. Pro ἐν αὐτῆς Lub. ἐν αὐτῆς, Bodl. 1 ἐν αὐτοῖς, Aet. ἐν αὐτοῖς. Cum verbis ὡς οὐδὲ subaudias κατορθοῦσι. Ἐν αὐτῆς μόριον ἀποτεμνόμενοι sunt qui unam dumtaxat aliquam παιδείας particulam sibi excolendam delegerunt.

9. ὀνομάτων] Scil. philosophorum qui idem nobiscum statuerunt, h. e. unum deum agnoscendum esse. Apodosis: ad opiniones eorum recensendas me converti. Bodl. 1 ἐτραπόμην.

10. Τὸν ... λέγειν] Plat. Tim.

p. 28 C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 303). De hoc loco (cf. c. 23. n. 37) ad quae observavi Iustin. Apol. II. c. 10. n. 9 et Cohort. ad Gent. c. 38. n. 14. Morell. Duc. Maran. οὖν post μὲν mendose omiserunt. Pro τοῦδε (Rechenb. τοῦ δὲ) Bodl. 1 τόνδε. Deest ἔργον in Bodl. 2. Non πάντας sed πλῆθος Bodl. 1. 2. Aet.

11. ἀγέννητον] Sic ex Par. 1 et Arg. dedi pro ἀγέννητον, quod in caeteris, mssis aeque et editis, habetur. Cf. c. 4. n. 10.

12. οἷον] Deest Aet. Ex γενητούς, quod in omnibus codd. mssis (exceptis Lub. et Aet.) reperitur, Duceus Rechenb. Maranus γενητούς fecerunt. Cf. n. 11.

13. Θεοὶ ... λυτόν] Plat. I. c. p. 41 A. (T. IX. p. 325). Pariter eo loco usi sunt Iustinus Cohort. ad

stare, tam prospere in singulis eruditionis partibus versantes ut ne ii quidem qui unam illius particulam avellunt tantum assequantur. Sed quia nequit demonstrari sine appositione nominum deum non a nobis solis in unitatem includi, ad opiniones me converti. Ait igitur Plato: *Creatorem et patrem huiusce universi invenire difficile est et inrentum apud omnes eloqui impossibile: unum infectum et aeternum intelligens deum. Quodsi et alios agnoscit, ut solem et lunam et stellas, certe et factos agnoscit: Dii deorum, quorum ego opifex et pater operum, quae solvi non possunt me nolente; quidquid autem vinctum est solvi potest.* Si igitur non atheus Plato, unum opificem omnium intelligens infectum deum, neque nos athei, a quo omnia per logon fabricata sunt et cuius spiritu continentur eum agnoscentes et tenentes deum.

Gent. c. 20 (n. 10) et c. 22 (n. 12), Clemens Alex. Strom. V. c. 14. §. 103, Origenes c. Cels. VI. c. 10, Eusebius Praep. ev. XIII. c. 18. §. 8. Plato: θεοὶ θεῶν (dii orti ex diis), ὧν ἐγὼ δ. π. τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γεγόμενα ἅλυστα ἐμοῦ γε θέλοντος· τὸ μὲν οὖν δὴ δεθῆν πάντων. Et sic Dechair, et Lindner, ediderunt, qui insuper pluscula addiderunt quam Athenagoras citavit, nempe haec: τόγε μὴν καλῶς ἀρροσθῆν καὶ ἔχον εὐλύειν ἐθέλειν κακοῦ. At caeteri editores cum omnibus codd. mstis Athenagorae consentiant, qui praebent ut supra in textu exhibui, nisi quod ἀθύρατα pro ἅλυστα (id quod reposui) mendose habent. Sic etiam Eusebius l. c.: θεοὶ ... ἔργων, ἅλυστα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. (Cicero: „me invito.“) Codices msti omnes quum dixi, excipiendi erant Bodl. 1. 2 et Act., qui ὧν post θεῶν omiserunt. Plato unum esse statuit deum aeter-

num, ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός, caeteros vero prognatos, ἥλιον et σελήνην et ἀστέρας, huius quasi ministros.

14. Πλάτων] Lub. ὁ πλάτων. Paulo ante pro οὐκ Bodl. 1 οὐ et pro ἄθεος Bodl. 2 ὁ θεός. Mox Bodl. 1 τὸν ὄλων pro τῶν ὄλων. Par. 1. Arg. Lub. ἀγένητον pro ἀγέννητον, id quod in reliquis codd. mstis pariter atque in editis habetur.

15. ἡμεῖς] Bodl. 2 ὑμεῖς. Mox Bodl. 2 δὲ δημιουργηται pro δεδημιουργηται. Tum εἰς πάντα et θεὸν Bodl. 1. 2. Act. omiserunt. Κρατεῖν θεὸν i. q. deum tenere. Afferitur spiritus sanctus hic (coll. c. 5. p. 6 A) tamquam anima mundi: Baumgarten-Crusius Comp. d. chr. Dogmengesch. P. II. p. 176 sq.

16. Ὁ δὲ Ἀριστοτ.] Aristotelis de deo sententiam Plutarchus De plac. philos. I. c. 7. melius quam hic Athenagoras exponit. Gener.

στοιχείης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα ἄγοντες οἰοῦναι ζῶον σύνθετον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστηκότα λέγουσι τὸν θεόν, σῶμα μὲν αὐτοῦ τὸ αἰθέριον νομίζοντες, τοὺς τε κλανωμένους ἀστέρας καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἀπλανῶν, κινούμενα κυκλοφορητικῶς, B ψυχὴν δὲ τὸν ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ σώματος λόγον, αὐτὸν μὲν οὐ κινούμενον, αἴτιον δὲ τῆς τούτου κινήσεως γινόμενον. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς, πᾶν ταῖς προσηγορίαις κατὰ τὰς παραλλάξεις τῆς ὕλης, δι' ἧς φασὶ τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ θεοῦ, ¹⁷ πληθύνωσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνόμασι, τῷ γοῦν ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν θεόν. ¹⁸ εἰ γὰρ ὁ μὲν θεὸς πῦρ τεχνικὸν ὁδῶ βαδίζον ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφὸς ἅπαντας ¹⁹ τοὺς σπερματικούς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἰμαρμένην γίνεται, ²⁰ τὸ δὲ πνεῦμα αὐ- C

Aristoteles *Metaph.* XII. c. 7: φάμεν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῶον αἰθῆριον, ἄριστον· ὅστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχῆς καὶ αἰθῆριος ὑπάρχει τῷ θεῷ. Hunc deum idem *De mundo* c. 6. p. 1219 invisibilem esse dicit: πάση θνητῇ φύσει γινόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Coelum solum esse domicilium dei, plenum corporibus divinis, quae sidera appellantur, *ibid.* c. 2. p. 1203: τὸ ἀνώτατον θεοῦ οἰκητήριον οὐρανὸς ὀνόμασται, πλήρης δὲ ὧν σωμάτων θεῶν, ἃ δὴ καλεῖν ἄστρα εἰώθαμεν. Hunc coelum stelliferum ab immobili quodam motore cieri et agitari philosophus disputat: hunc autem motorem ipsum deum interpretatur. *Lindner.* De formula dicendi ἕνα, sc. θεόν, ἄγ. cf. c. 4. n. 14. De vocabulo ζῶον (nos: *Wesen*) videsis etiam *Iust. Dial.* c. Tr. c. 3. n. 20. Pro αὐτοῦ post σῶμα μὲν *Bodl.* 1. 2. *Aet. οὖν.* Quod sequitur τὸ αἰθέριον (*adi. c. art.*) dictum pro τὸν αἰθέρα: id quod sine ratione *Lindnerus* (in *Cur. post.*) legendum cen-

suit. Pro κυκλοφορητικῶς *Arg. κυκλοφορικῶς.*

17. πληθύνωσι] *Bodl.* 1 πληθύνωσιν, *Aet.* πληθύνουσιν, *Bodl.* 2 πληθυνώουσιν. — Duplicis sunt generis Stoicorum dii, naturales, ut sunt stellae, tum fixae tum erraticae. Et quoniam vim divinam per naturam uniuscuiusque rei pertinere existimabant, rem unamquamque propter hanc causam deum et vocari posse censebant et vero ita vocabant. Alterum genus erant dii facti ex hominibus, quos fama et opinio mortalium in coelum extulerat, seu heroes. Adeoque dii Stoicorum coniunctim spectati deus sunt, et vicissim deus Stoicorum in naturae rerum partibus spectatus in multis deos distributus est. Cf. *Mosheimium ad Cudworthi Systema intellect.* c. 4. §. 25. *Lindner.* Cf. c. 22. n. 19.

18. εἰ γὰρ κτλ.] Apparet eos deum vocasse ignem artificiosum, ut a naturali distinguerent, et artificiosi vocabulum active usurpare, quod arte i. e. ratione, mensura,

Aristoteles et qui eum sequuntur, unum agnoscentes veluti animal compositum, ex anima et corpore constantem inducunt deum, corpus eius aetherem esse putantes, stellas errantes et fixarum sphaeram, quae in orbem moventur, animam vero rationem quae corporis motui praest, ipsam quidem minime mobilem, sed efficientem ut illud moveatur. Stoici, etsi secundum materiae mutationes, per quam dei spiritum dicunt permeare, numen divinum nominibus multiplicant, re ipsa tamen unicum statuunt deum; nam si deus est ignis artificiosus ad mundi generationes viâ progrediens, in se complectens seminales omnes rationes, secundum quas omnia fato eve-

pondere et numero, certis omnibus omnia faciat, ut Plato alicubi scribit. Cicero De nat. deor. II. [c. 22]: „Zeno igitur naturam ita definit ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progredientem viâ. Censet enim artis maxime proprium esse creare et gignere“ etc. Et paulo post: „Ipsius enim mundi, qui omnia amplexu suo coerces et continet, natura non artificiosa solum sed plane artifex a Zenone dicitur.“ Geaner. Eusebius l. c. XIV. c. 16. §. 7 ed. Heinichen. (ex Plut. l. c.): *Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται πῦρ τεχνικόν, ὁδῶ βαδίζον ἐπὶ γένσειν κόσμου, περιεληφότες (sic) πάντας τοὺς σπερματικούς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἰμαρμένην γίνονται κτλ.* — Bodl. 1. 2. Aet. *βαδίζων* pro *βαδίζον*. Statim Arg. *ἐπὶ γενέσει*. Bodl. 1. 2. Aet. *ἐμπεριεληφώς*.

19. *τοὺς σπερματικούς λόγους*] Gatakerus (Annot. ad Marci Anton. De rebus suis libr. VI. c. 24, Cantabr. 1652. 4^o, p. 236) existimavit hoc loco *σπερματικούς λόγους* pro Corp. Apoll. Vol. VII.

ideis quibusdam sumi, quales Plato imaginatus sit in deo. At huic sententiae non subscripsit Dechairius. „Stoici enim, saltem antiquiores, uti deum omnes mundi partes permeantem crediderunt, ita putarunt sub eo contineri naturam quandam plasticam, quae secundum ipsos essentia incorporea animaeque vegetativae similis erat. Hanc autem omnium rerum causam instrumentalem proximam et immediatam esse voluerunt, agentem non cum electione aut cognitione alicuius finis, sed necessario et secundum leges a supremo numine illi impositas. Quod cum ita sit, quid obstat quominus eadem haecce natura hoc in loco denotetur?“ — Pro *γίνονται*, quod vulgo legitur, ex Par. 1. 2. Arg. Aet. *repositi γίνονται*, formam Athenagorae usitatam.

20. *τὸ δὲ πν. α. διήκει δ. ὁ. τ. κόσμου*] Clemens Alex. Protr. c. 5. §. 66: Stoici dicunt *διὰ πάσης ἕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοσύνης τὸ θεῖον διήκειν*. Quam phrasin eos putat (Strom. V. c. 14. §. 90)

τοῦ διήκει δι' ὅλου τοῦ κόσμου, ὁ θεὸς εἰς κατ' αὐτούς, Ζεὺς μὲν κατὰ τὸ ²¹ζέον τῆς ὕλης ὀνομαζόμενος, Ἥρα δὲ κατὰ τὸν αἴρα, καὶ τὰ λοιπὰ καθ' ἕκαστον τῆς ὕλης μέρος δι' ἧς κεχώρηκε καλούμενος.

7. Ὅταν οὖν τὸ μὲν εἶναι ἔν τὸ θεῖον ὡς ἐπὶ τὸ ¹πλειστον πᾶν μὴ θέλωσι τοῖς πᾶσι συμφωνῆται ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄλων ²παραγινόμενοις, ἡμῖς δὲ κρατύνωμεν τὸν διακοσμήσαντα τὸ πᾶν τοῦτο τοῦτον εἶναι τὸν θεόν, τίς ἢ αἰτία ³τοῖς μὲν ἐπ' ἀδείας ἐξεῖναι καὶ λέγειν καὶ γράφειν περὶ τοῦ θείου ἢ θέλουσιν, ἐφ' ἡμῖν δὲ κείσθαι νόμον, οἷ ἔχομεν ὅ τι καὶ νοοῦμεν καὶ ὀρθῶς πεπιστεύκαμεν, ἕνα θεὸν εἶναι, ἀληθείας σημείοις καὶ λόγοις παραστῆσαι; Ποιηταὶ μὲν γὰρ καὶ φιλόσοφοι, ⁴ὡς καὶ τοῖς ⁸ἄλλοις, ἐπέβαλον στοχαστικῶς, κινήθεντες μὲν κατὰ συμπάθειαν τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ πνοῆς ὑπὸ τῆς ⁵αὐτὸς αὐτοῦ ψυχῆς ἕκαστος ζητῆσαι, εἰ δυνατὸς εὐρεῖν καὶ νοῆσαι τὴν ἀλήθειαν. ⁶τοσοῦτον δὲ

ex libro Sapientiae 7, 24 suffragatos esse: „διήκει τε καὶ χωρεῖ διὰ πάντων.“ — Duceus pro διήκει dedit διήσει errore. Mon. καθ' αὐτούς pro κατ' αὐτούς.

21. ζέον] Bodl. 1. 2. Act. ξέρον. C. 22: Ζεὺς ἢ ζέουσα οὐσία κατὰ τοὺς Στωϊκούς, Ἥρα ὁ ἀήρ. Marcus Musurus Cretensis in Etymologico: Ζεὺς παρὰ τὴν ζέειν θερμότατος γὰρ ὁ ἀήρ. Etymolog. Magn.: Ἥρα ἢ θεός· ὅτι ἢ αὐτὴ τῷ αἴρι ἐστίν· ὡς γὰρ πατήρ πατέρα καὶ μήτηρ μήτρα, οὕτως ἀήρ καὶ καθ' ὑπέρθειν ἤρα, ἢ ὅτι ἢ Ἔρα αὐτὴν ἔτεκεν. Ὡς γὰρ ἤσθετο ὁ Κρόνος, ἐκέλευσε δεῖξαι τὸ παιδίον κτλ. Minuc. Fel. Octav. c. 19. §. 12: „Zeno interpretando sermonem aera, Iovem coelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum“ etc. Cf. etiam Plutarch. l. c. I. c. 7 et Lipsii Physiolog. Stoic. lib. I. diss. 6 et Hb. II. diss. 12. — Artic. τὰ ante λοιπὰ in Act. desideratur.

1. πλειστον] Bodl. 1. 2. Act. πλειστός.

2. παραγινόμενοις] Bodl. 2 παραγινόμενους.

3. τοῖς μὲν] H. e. poetis et philosophis. Respondet ἐφ' ἡμῖν δέ. Sic οἱ μὲν ... ἡμεῖς δὲ 2 Macc. 8, 18. Arg. Sirl. Bodl. 1. 2. Mon. post verba τοῖς μὲν offerunt haecce: δοκιμάζουσιν. ἐπει δὲ (Arg. οὐ δοκιμάζουσιν. ἐπει δὲ, Bodl. 1 ἀδοκιμάζουσιν. ἐπει δὲ, Bodl. 2 ἐπει δὲ absque δοκιμάζουσιν, Mon. ἀδοκιμάζουσιν, ἐπειδὴ) οἱ πολλοὶ τῶν ἐπικαλούντων ἡμῖν τὴν ἀθεότητα et caetera verba quae habes infra c. 13 (coll. c. 12. n. 25) usque ad Δοιβῆ τε κνίσση τε παρατροπῶς (male illi codices nostro loco παρατροπῶσιν), ita ut has voces poeticas sequantur verba ἐπ' ἀδείας ἐξεῖναι κτλ. „Unde acciderit,“ ait Stephanus, „ut bis posita sint eadem verba, sed illic suo loco at hic omnino alieno, ne suspicari quidem

niant, spiritus autem eius totum mundum pervadit: unus est secundum eos deus, qui Iuppiter nominatur pro fervida materiae parte, Iuno pro aere, et aliis nominibus appellatur pro singulis materiae quam permeat partibus.

7. Quum igitur unum esse deum ut plurimum vel inviti fateantur omnes ubi ad universorum principia venerunt, quumque nos eum qui hoc universum ornavit illum esse deum confirmemus: quid causae est cur istis liceat impune dicere et scribere de deo quae velint, nobis autem posita sit lex, qui possumus id quod et intelligimus et recte credimus, unum esse deum, veritatis signis et rationibus demonstrare? Nam poetae et philosophi, ut res quoque caeteras, hanc conciliando attigerunt, pro cognatione divini flatus a sua quisque anima impulsus ut tentarent, num veritatem invenire et intelligere possent; sed tantum in iis facultatis non inven-

adhuc potui." Lub. τοῖς μὲν ἀδοκιμάζουσιν ἐπ' ἀθείας ἐξεῖναι: quam lectionem Kaiserus existimat veram esse ac genuinam. Suffr. Petrus legi vult τοῖς μὲν ἀκρίτοις ἐκείνοις ἐπ' ἀδ. κτλ., cur incertis istis (veritatis) impune liceat etc. — Articulus ἡ ante αἰτία deest in Bodl. 1. 2.

4. ὡς etc.] Editi interpungunt: ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέβαλον, στοχαστικῶς κινηθέντες etc. Gesnerus maluit οὐ pro ὡς. Sed noli mutare. Iunge κινηθέντες cum ὑπὸ τῆς etc. Ἐπέβαλον (νοῦν) scil. τούτῳ περὶ τοῦ θείου: aggressi sunt (haben betrieben) hanc de natura divino quaestionem. Συμπάθειαν Gesnerus ἐνέργειαν vel συνέργειαν interpretatur (divinitus impulsus); Lindner.: „eodem modo affecti quo affecti sunt cum spiritu fatidico aguntur." Recte Petrus: „pro cognatione quam ipsorum ani-

mae cum divino spiritu habebant." C. 22: qui non habent συμπάθειαν εἰς τὸν οὐράνιον τόπον ab uno deo aberraverunt. C. 25: κατὰ τὸν τῆς ὕλης λόγον καὶ τῆς πρὸς τὰ θεῖα συμπάθειας. Particula μὲν post κινηθέντες in Lub. excidit.

5. αὐτὸς αὐτοῦ ψυχῆς] Editi: αὐτὸς αὐτοῦ ψυχῆς, contra fidem codicum mstorum, in quibus hic est αὐτοῦ pro αὐτοῦ. Cf. c. 2. n. 9. Solus Arg. αὐτῆς αὐτοῦ ψυχῆς. Bodl. 1. 2 ζητηθεῖναι pro ζητῆσαι.

6. τοσοῦτον δὲ κτλ.] Particula δὲ respondet praecedenti μὲν, post κινηθέντες. Construe atticam hanc dicendi formulam, ab editoribus non intellectam: οὐχ εὔρηται δυναθέντες (= δυνατοὶ quod praecedit) τοσοῦτον ὅσον περινοῆσαι, = ἐπὶ τοσοῦτο ὡστε περινοῆσαι sive τοσοῦτον ὅσον ἐξαρκεῖ περινοῆσαι, h. e. quantum satis erat ad περινοῆσαι, veritatem unius dei omnia

δυναθέντες ὅσον περινοῆσαι οὐχ εὔρηται, ὡς οὐ παρά θεοῦ
 7 περὶ θεοῦ ἀξιόσαντες μαθεῖν ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος διὸ
 καὶ 8 ἄλλος ἄλλως ἐδογματίσεν αὐτῶν καὶ περὶ θεοῦ καὶ περὶ
 ὕλης καὶ περὶ εἰδῶν καὶ περὶ κόσμου. Ἡμεῖς δὲ ὄν νοοῦμεν καὶ
 πεπιστεύκαμεν ἔχομεν προφήτας μάρτυρας, οἳ πνεύματι 9 ἐνθέῳ B
 ἐκπεφωνήκασιν καὶ περὶ τοῦ θεοῦ καὶ περὶ τῶν τοῦ θεοῦ. Εἴ-
 ποιτε δ' ἂν καὶ ὑμεῖς, 10 συνέσει καὶ τῇ περὶ τὸ ὄντως θεῖον
 εὐσεβείᾳ τοὺς ἄλλους προὔχοντες, ὡς ἔστιν ἄλογον 11 παραλιπόν-
 τας πιστεύειν τῷ παρὰ τοῦ θεοῦ πνεύματι, 12 ὡς ὄργανα κει-
 νηκῶτι τὰ τῶν προφητῶν στόματα, προσέχειν δόξαις ἀνθρωπί-
 ναις.

8. Ὅτι τοίνυν εἷς ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦδε τοῦ παντός ποιητῆς
 θεός οὕτως 1 σκέψασθε, ἵν' ἔχητε καὶ τὸν λογισμὸν ἡμῶν
 τῆς πίστεως. Εἰ δύο ἐξ ἀρχῆς ἢ πλείους ἦσαν 2 θεοί, ἦτοι ἐν C

*ex parte intelligendam i. q. plene
 perfecteque cognoscendam.* (Maran.:
investigatione assequi.) Cf. Matthiae
Gr. Gramm. (ed. 2) P. II. p. 897.
Grimm Comm. ūb. d. B. d. Weis-
heit (Lips. 1837) p. 330 sq. Wahl
Clav. librr. apocryph. p. 362 s. v.
 ὄσος. Iustinus Mart. *Apol.* II. c.
 13: Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ
 τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου
 σποράς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν
 τὰ ὄντα. Unde contraria inter se
 opinati sunt (*Apol.* I. cc. 4. 7. 44).
 Gesner.: „Verbum νοῆσαι simplici-
 ter aliarum rerum cogitationi, περι-
 νοῆσαι vero contemplationi de deo
 convenit; est enim τὸ περιττόν καὶ
 διάφορόν τι νοῆσαι.“ Io. Alb. Fa-
 bricius (*Hist. crit. de la rep. des*
lettres T. IX. p. 132) reddidit:
 „tantum tamen valentes quantum
 intellexisse non inveniuntur [!] h.
 e. plura poterant cognoscere de deo
 quam re ipsa percipere, si mediis ge-
 nuinis uti voluissent.“ Inepte Lind-
 ner.: „ὄσον περινοῆσαι sc. ἦν,

quantum intelligentiae viribus con-
cessum erat.“ Relicio Gesneri con-
 iecturam: τοσοῦτον δὲ ὄσον μὴ
 δυναθέντες περινοῆσαι. Lub. et
 Mon. εὔρητο pro εὔρηται. Verba
 οὐχ εὔρηται ὡς οὐ παρά θεοῦ
 in Bodl. 1. 2. Aet. omissa sunt;
 item in Clar., a quo etiam ὄσον
 ante περινοῆσαι abest. Pro parti-
 cula ὡς, post εὔρηται, in codicibus
 mstis (exceptis illis in quibus verba
 haec desiderantur) et editis ὄν le-
 gitur. Iam Gesner. pro ὄν com-
 mendavit ὡς vel οἱ. Dechair. pro-
 sus exterminandum censuit istud
 verbum. Pro εὔρηται Lindner.
 malit εὔρητο.

7. περὶ θεοῦ] Hsec verba, om-
 nibus codd. mstis firmata et ad sen-
 sum maxime accommodata, Dechair.
 et Lindner. errore omiserunt. Mox
 codd. editi non αὐτοῦ (Par. 1. Lub.
 Bodl. 2. Mon. Clar.) sed αὐτοῦ (ut
 caeteri msti). Cf. n. 5. Mox Mon.
 καὶ ἄλλοις. Sed recte a manu pri-
 ma supra lineam os scriptum.

tum est ut rem accurate intelligerent, quippe quum de deo non a deo sed a se quisque discendum sibi esse existimassent: unde etiam alius aliter statuit et de deo et de materia et de formis et de mundo. Nos vero eorum quae intelligimus et credimus testes habemus prophetas, qui spiritu divino afflati de deo ac rebus divinis pronuntiarunt. Id vos quoque confirmabitis, qui prudentia et pietate in verum numen divinum caeteros superatis, alienum esse a ratione ut dei spiritui, qui prophetarum ora tamquam instrumenta pulsavit, credere supersedentes adiungamus animum ad opiniones humanas.

8. Unum igitur ab initio esse huiusce universi creatorem deum hoc modo considerate, ut percipiatis etiam ratiocinationem cum nostra fide coniunctam. Si duo erant ab initio plu-

8. ἄλλος ἄλλως ἰδογμ.] Cf. e. g. Iust. Cohort. ad Gent. c. 2 sqq. — In Act. πρὸς ante ὕλης deest.

9. ἐνθέω] Act. ἐν θεῷ. Paullo ante ἔχομεν in Lub. bis scriptum est

10. συνέσει ... προὔχοντες] Hi tituli perquam opportune hic positi et accommodati; Pii ab Antonino Pio ipsorum patre velut hereditarie vocabantur hi imperatores. Petrus.

11. παραλιπόντας] Bodl. 1. 2. Act. παραλιπόντες.

12. ὡς ὄργανα] C. 9: ὡσεὶ καὶ ἀύλητης α. ἑ. Hac imagine alii quoque patres ad inspirationem illustrandam usi sunt. Iustinus l. c. c. 8: τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλήκτρον, ὡσπερ ὄργανον κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς δικαίοις ἀνδράσι χρώμενον. Theophil. ad Autol. II. c. 9: (prophetarum) ὄργανα θεοῦ γεγνημένοι. Clem. Al. Strom. VI. c. 18. §. 168: ὄργανα θείας γεν. φωνῆς. Macar. Hom. 47. c. 14: ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα διερχόμενον λαλεῖ, οὕτω διὰ τῶν ἁγίων καὶ πνευματοφόρων ἀνθρώπων τὸ

πνεῦμα τὸ ἅγιον ἴστιν ὑμνοῦν καὶ ψάλλον καὶ προσευχόμενον τῷ θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. — In Arg. est κεινηκότη, sed prima manu mutatum in κεινηκότη. Mox pro τῶν πρ. Act. μετὰ πρ.

Irenaeus consimili forma eandem
sententiam extulit, adv. haeres. II.
c. 19. §. 8, quum dicit non univer-
sum ebibendum esse mare ei qui
scire velit aquam eius esse salsam.

25. δοκιμάζουσιν] Arg. οὐ δο-
κιμάζουσιν supra c. 7 (n. 3) prae-
bet, ubi in nonnullis codd. mstis
(Arg. Sirl. Bodl. 1. 2. Mon.) hic
locus (οὐ) δοκιμάζουσιν. ἐπεὶ δὲ
οἱ πολλοὶ κτλ. usque ad Λοιβῆ τε
κνίσση τε παρατραπῶσ' (c. 13)

inepte textui infultus est. Illic Bodl.
1 et Mon. ἀδοκιμάζουσιν.

1. Ἐπεὶ δὲ] iam c. 12. n. 25
memoravi totum fere hoc caput 13
in codd. aliquot mstis, Arg. Sirl.
Bodl. 1. 2. Mon., supra cap. 7 tex-
tui perperam immissum esse. Cf.
c. 7. n. 3. Sed utriusque loci fere
nulla comparet in scribendo discre-
pantia. — Loco priori (c. 7) Arg.
ἐπεὶ δὴ et Mon. ἐπειδὴ habent;
nostro loco recte ἐπεὶ δὲ. Bodl. 1.
2 illic probe ἐπεὶ δὲ, hic vero ἐπει-
δὴ, quod et in Aet. legitur.

2. οὐδ' ... ἔγνωκότες] = ἔγνω-
κότες τί ἐστι θεός. Est attractio
apud veteres saepe obvia. Cf. Wi-
ner Gramm. d. neutest. Spr. (ed. 6)
p. 551 sq. Lectiones Bodl. 1 οὐδ'
ὄναρ τί ἐστι θεός ἔγνωκότες, Mon.
(loco priori) Lub. Petr. οὐδ' ὄ. τί
ἐστιν ὁ θεός ἔγνωκότες, Arg. (l.
pr.) οὐδ' ὄ. τί ἐστιν θεοὺς ἔγνω-
κότες librariis originem debent.
ὄναρ non pro κατ' ὄναρ dictum
(Lindn.), sed antiquiores Graeci
ὄναρ simpliciter dicebant: οὐδ' ὄναρ
i. q. ne in somno quidem h. e.

plorant ex parte exigua de tota re an bona sit diudicant.

13. Sed quia plerique eorum qui atheismum nobis criminant, quum, dei cognitione ne per somnium quidem informati sed rudes et ignari naturalis et divinae doctrinae, pietatem victimarum norma metiantur, vitio nobis vertunt quod non eosdem ac civitates deos agnoscamus: spectate, quaeso, illico utrumque, imperatores, ac primo quidem cur non sacrificemus. Opifex huiusce universi et pater non eget sanguine nec nidore nec florum aut suffimentorum odore, quum ipse sit suavissimus odor, nullius rei intra se indigus

prorsus non. Cf. Ast Lex. Platon. s. v. et Pape Lex. gr. T. II. p. 325 sq.

3. καὶ τοῦ θεολογ.] Lub. Bodl. 1. 2. Act. καὶ θεολογικῶν. Petr. καὶ θεωρητικῶν. Et hanc lectionem (*contemplativae doctrinae*) Suffr. Petrus praefert, quamvis omnino vitiosa sit. Maran.: *naturalium et divinarum rerum.* Ioach. Iust. Rau (De philosophia Iustini Mart. et Athenagorae, Ien. 1733. 4^o, p. 71): „Pro priori pugnat tum integer dictorum textus tum crebrior Athenagorae usus vocis *θεολογίας* in simili materia; spectat ad sanam de deo scientiam.“ Cf. c. 10. n. 18.

4. νόμων] Act. νόμων. Mox idem μὲν pro μὴ.

5. αὐτοῦς] In Arg. a prima manu supra lineam positum est.

6. περὶ ἑκατέρων] H. c. 1^o. cur Christiani non immolent, 2^o. cur deos a civitatibus (gentilibus) receptos non colant. Voci πρώτων respondet δὲ initio c. 14.

7. τοῦδε] Deest in Arg. —

Gemina habet Iustinus Mart. Apol. I. c. 9: οὐ δέισθαι τῆς παρ' ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσεληφάμεν τὸν θεὸν κτλ. C. 13: τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνευδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων κτλ. Ep. ad Diogn. c. 3. Tertullianus ad Scapul. c. 2: „Sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit deus pura prece; non enim eget deus, conditor universitatis, odoris aut sanguinis alicuius: haec enim daemoniorum pabula sunt.“ Minuc. Fel. Octav. c. 32. §. 2 sq. Lactant. Inst. div. VI. c. 1. Adde Irenaeum adv. haer. IV. c. 14. §. 3: „Ipse quidem nullius horum est indigens: est enim semper plenus omnibus bonis omnemque odorem [*εὐωδίαν*] suavilitatis et omnes suaveolentium vaporations habens in se.“

8. κνίσεως] Lub. et Mon. κνίσεως.

9. ἀλλὰ] Mon. loco priori ἀλλὰ καὶ. Paulo ante Act. non ἀπροσδεής sed προσδεής.

σία αὐτῷ μέγιστη, ἃν ¹⁰ γινώσκωμεν τίς ἐξέτινε ¹¹ καὶ συνε-
σφαίρωσε τοὺς οὐρανούς καὶ τὴν γῆν κέντρον δίκην ἠδρασε, τίς
συνήγαγε τὸ ὕδωρ ¹² εἰς θαλάσσας καὶ διέκρινε τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ
σκότους, τίς ἐκόσμησεν ἄστροις τὸν αἰθέρα καὶ ἐποίησε πᾶν σπέρ- C
μα τὴν γῆν ¹³ ἀναβάλλειν, τίς ἐποίησε ζῶα καὶ ἄνθρωπον ἐπλα-
σεν. ¹⁴ Όταν, ἔχοντες τὸν δημιουργὸν θεὸν συνέχοντα καὶ ἐπο-
πτεύοντα ἐπιστήμη καὶ τέχνῃ καθ' ἣν ἄγει τὰ πάντα, ἐπαίρωμεν
ὄσιους χεῖρας αὐτῷ, ποίας ἔτι χρεῖαν ἐκατόμβης ἔχει;

¹⁵ Καὶ τοὺς μὲν θυσίησι καὶ εὐχολῆς ἀγανῆσιν
Λοιβῆ τε κνίσσῃ τε παρατροπῶς ἄνθρωποι,
Δισδόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβαίῃ καὶ ἀμάρτη.

Τί δέ μοι ¹⁶ ὀλοκαντώσεων, ἃν μὴ δεῖται ὁ θεός; Καίτοι προσ D
φέρειν ¹⁷ δέον ἀναίμακτον θυσίαν ¹⁸ καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν
λατρείαν.

14. Ὁ δὲ ¹ περὶ τοῦ μὴ προσιέναι καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς
πόλεσι θεοὺς ἄγειν πάνυ αὐτοῖς εὐτήθης λόγος. Ἄλλ' οὐδὲ οἱ
ἡμῖν ἐπικαλοῦντες ἀθεότητα, ² ἐπεὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς οἷς ἴσασι

10. γινώσκωμεν] Editi γινώ-
σκωμεν praebent, formam Athena-
gorae inusitatam. Illud hic ex Par.
1. 2. Arg. et Mon. (qui loco priori
habet) reflexi. Cl. c. 6. n. 19.

11. καὶ συνεσφ. τ. οὐρ.] Bodl.
1. 2 (l. pr.) τοὺς οὐρανούς καὶ
συνεσφαίρωσεν. Mox Act. κέντρον
pro κέντρον. ●

12. εἰς θαλ.] Bodl. 1. 2 (l. pr.)
τῆς θαλάσσης. Paulo ante Lub.
ἠδρασε.

13. ἀναβάλλειν] Maran. ἀνα-
βάλλειν. Hic σπέρμα ἀναβάλλειν
est semen sive fructum quem se-
men reddit h. e. vegetabilia
(Lindner.: „fruges et arbusta) emit-
tere s. producere. Respicit Athe-
nagoras ad Gen. c. 1. — Postea Bodl.
1 καὶ τὸν ἄνθρωπον.

14. Όταν, ἔχ.] Lub. ὅτε ἄν ἔχον-

τες. I. Alb. Fabricius (Hist. crit.
de la rep. des lettres T. IX. p. 133 sq.)
non dubitat restituere ὅταν δὲ γνόν-
τες, quum praecesserit ἄν γινώσκω-
μεν. Marano legendum videtur ὅταν
οὖν ἔχοντες. Dechairius male sic
interpunxit: ὅταν ... χεῖρας αὐτῷ.
ποίας κτλ. Verbum ἄγειν hic i. q.
moderari, gubernare. Sic θεῶν
ἀγόντων (unter Leitung der Göt-
ter) Soph. Oed. Col. 994; πολι-
τείαν, πόλιν, δήμους ἄγειν Thucyd.
I. c. 127. Plut. Cst. min. c. 1. Plat.
De legg. III. p. 681 C. VI. p. 771
B; ἄρχειν καὶ ἄγειν Plat. Phaedr.
p. 237 D; ἄγειν καὶ δεσπόζειν I. c.
p. 94 E. — Bodl. 1. 2 (l. pr.) χρεῖας
pro χρεῖαν.

15. Καὶ ... ἀμάρτη] Homer.
II. IX. 499—501. — Arg. (l. pr.)
τοῖς μὲν. Hom. μὲν τοὺς. Idem

aut extra; sed sacrificium ei maximum est, si cognoscamus qui sit qui coelos extendit et conglobavit ac terram instar centri stabilivit, qui congregavit aquas in maria ac lucem a tenebris secrevit, qui astris aetherem ornavit ac fecit ut terra omne semen educeret, qui animalia creavit et hominem finxit. Si, hunc opificem habentes deum qui omnia scientia et arte gubernatrice conservat et inspicit, puras ei manus tollamus, quamam amplius hecatomba opus habet?

Atque illos sacrificiis et precibus blandis

Nec non libamine et nidore placant homines,

Orantes, si quis transgressus fuerit et peccarit.

Quid curem holocausta, quorum non indiget deus? Quamquam oportet ei incruentum sacrificium offerre et rationalem praestare cultum.

14. Quod autem queruntur, cur non eosdem ac civitates adeamus et agnoscamus deos, valde ineptum est. Sed ne ii quidem qui atheismum nobis crimini dant, quia non eos-

Θυσιέεσσι. Mon. εὐχολῆς. Ex Par. 1 ἀγανῆσιν (Hom.) pro vulg. ἀγανῆσι reposui. Lub. et Mon. κνίση (cf. n. 8). Mon. (l. pr.) κνήση. Arg. παρατροπῶσιν. Item παρατροπῶσιν, pro παρατροπῶσ', loco priori (c. 7. n. 3) Arg. Bodl. 1. 2. Mon. habent. Hom. ὑπερβήη.

16. ὄλοκ.] Bodl. 1. 2. Aet. ὄλοκωντώσεως. In iisdem articulus ὀ ante θεός abest.

17. δέον] Bodl. 1. 2. Aet. δεῖ.

18. κ. τ. λογικ. πρ. λατρείαν] Rom. 12, 1. Testam. XII patriarch. p. 547 sq.: προσφέρουσι (angeli) κυρίῳ ὁσμὴν εὐωδίας λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφοράν. Cf. libr. meum De Epist. ad Diogn. ed. 2 (Lips. 1852) p. 108. — Art. τῆν ante λογικὴν in Bodl. 1. 2 desideratur.

1. περὶ τοῦ μὴ] Sic Duc. De-
cbair. Maran. Lindner. Caeteri μὴ
περὶ τοῦ. Illud Gesner. suspica-
tus est: id quod probat cod. Petr.
Particula δὲ respondet praec. πρώ-
τον c. 13. n. 6. Προσιέναι scil.
τοῖς θεοῖς s. εἰδώλοις (a verbo
πρόσειμι, adeo), nam et paullo post
aliquoties expresse coniungit. Lind-
nerus vero construit: μὴ προσιέναι
(a v. προσίημι, admitto) καὶ ἄγειν
τ. αὐτ. κτλ. Hoc si voluerit Athe-
nagoras, non video cur non ita verba
collocaverit.

2. ἐπεὶ μὴ . . . νομίζ.] Haec
verba causam non afferunt eorum
quae sequuntur, σφίσιν α. συμφ.
π. θεῶν (Lindn. in Cur. poster.),
sed praecedentium: nos atheos esse
criminantur quia etc. Caeterum
solvas sic: τοὺς αὐτοὺς ἑκείνοις

νομίζομεν, σφίσιν αὐτοῖς συμφωνοῦσι ³ περὶ θεῶν. Ἄλλ' ⁴ Ἀθη-
ναῖοι μὲν Κελεὸν καὶ Μετάνειραν ἴδοντες θεούς, ⁵ Λακεδαιμό-
νιοι δὲ Μενέλεων, καὶ θύουσιν αὐτῶ καὶ ἑορτάζουσιν, Ἰλιεῖς ¹⁴
δὲ οὐδὲ τὸ ὄνομα ⁶ ἀκούοντες Ἐκτορα φέρουσι, ⁷ Κεῖοι Ἀρισταῖον
τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἀπόλλω νομίζοντες, Θάσιοι ⁸ Θεαγένην,
ὑφ' οὗ καὶ φόνος Ὀλυμπιάσιν ἐγένετο, ⁹ Σάμιοι Λύσανδρον ἐπὶ
τοσαύταις σφαγαῖς καὶ τοσούτοις κακοῖς, ¹⁰ Ἀλκμᾶν καὶ Ἡσίο-

οῦς Ἰσάσι, ut sit (quod Lindner. non vidit) per attractionem dictum: *die sie (aner)kennen*. Frequens est οἶδα seq. accus. personae (etiam in N. Test.), v. c. θεόν: cf. Wahl Clav. librr. V. T. apocr. p. 149. Euseb. H. E. VII. c. 11: θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε καὶ θεοὺς οὐς πάντες Ἰσάσι. — Pro οἷς Bodl. 2 οἷ.

3. περὶ θεῶν] Codd. msti et editi addunt μάτην. Scite Maranus adnotavit: „Hanc vocem, quae tenebras huic loco offundit, librario alicui in mentem venisse puto ob similitudinem sequentium syllabarum [MATHN — ΑΛΛΑΘΗΝ]. Saepe enim librariis contigit, ut ex duabus similibus vocibus alteram omittere [cf. Jacobs. Additam. ad Athenaeum p. 127 sq. et ad Achill. Tat. p. 506], ita eandem vocem bis scribere.“ Exempla habes c. 7. n. 9 et c. 16. n. 18. Quapropter eieci.

4. Ἀθηναῖοι] Lub. Petr. Mon. ἀθήνησι. Pro Μετάνειραν (Homer. Hymn. Cer. 161 et Apollodor. I. c. 5. §. 1 sq.), quod in omnibus codd. mstis est (solutus Petr. Μετάνειραν), frustra malunt Suffr. Petr., Dechair. et Maran. legi Μεγάνειραν. Celens et Metanira (s. Meganira: Pausan. L. 39, 1) parentes fuerunt Triptolemi, a quibus Ceres filiam Proserpinam

quaerens hospitio excepta fuit (Ovid. Fast. IV. 508 sq.).

5. Λακεδ. ... ἑορτάζουσιν] Pausanias idem dicit, meminitque templi Menelai, quod dicebant Μενελάιον, locis pluribus Polybius et Livius.

6. ἀκούοντες] H. e. non sunt simpliciter *audientes*, sed qui aliquid *audire sustinent* [Gesn. et Petr.], libenter et sine fastidio audiunt. Lindner. Hectorem apud Ilienses divinis honoribus fuisse cultum, etiam supra (c. 1. n. 5) dixit. Caeterum hoc loco id vult declarare, adeo suam peculiarem deum unicuique genti esse adeoque non inter omnes in iisdem diis colendis convenire, ut Ilienses eum deum ne nominari quidem ferant, quem Lacedaemonienses colunt. — Lub. τὸ ante ὄνομα omisit.

7. Κεῖοι Ἀρισταῖον] Codd. msti καὶ χῖοι ἀρισταῖον. Excipiendi Mon. et Bon., ex quo Gesnerus καὶ χῖοι ἀριστεῶν edidit. Sed Mon. in marg.: Ἰσως ἀρισταῖον. Idem Gesnerus coniecit legendum. Error facile committi poterat a librariis, „quia secundum Reuchlinianam pronuntiandi rationem Ἀρισταῖον et Ἀριστεῶν similiter sonant“ (Kaiser De cod. Lub. p. 9). Genuinam igitur lectionem Ἀρισταῖον omnes post Gesne-

dem quos ipsi agnoscant adsciscamus, inter se de diis consentiunt. Sed Athenienses Celeum et Metaniram deos statuerunt, Lacedaemonii Menelaum, eique sacrificia et dies festos peragunt, Ilienses, quum huius nomen audiant perinviti, Hectorem celebrant, Cei Aristaeum, quem eundem esse ac Iovem et Apollinem putant, Thasii Theagenem, a quo etiam caedes in olympicis facta est, Samii Lysandrum post tot caedes et tot mala perpetrata, Alcman et Hesiodus Medeam et

rum editores textui inseruerunt, praeter Rechenbergium qui ἀρισταίῳ mendose habet. De hoc Aristaeo autem, Apollinis et Cyrenes filio, qui et Iuppiter Aristaeus, item Apollo Nomius dicitur, adeas Heyne ad Virgil Georg. I. 14. Iam quod attinet vocem χῖοι (Chii), rescribendum recte censuerunt Κεῖοι Bochartus (Geograph. sacr. p. 442) et Huetius (Demonstr. evang. IX. c. 142. n. 6), quis, Cycladibus magna siccitate et fame afflictis, Ceam accessit Sibirium placare monstravit. Cf. Virg. I. c. Diodor. Sic. IV. p. 281. Sed non mutarunt editores istam lectionem Χῖοι vitiosam: quacum etiam praecedens καὶ tollendum erat. Caeterum pro Ἀπόλλω Arg. et Mon. πολλῶ (sic) exhibent.

8. Θεαγένῃ] Lucianus in Deorum Concilio Thasiorum simplicitatem ridet, qui statuam huius athletae febris mederi putabant. Pausanias in Eliacis tradit hanc statuam collapsam quemdam oppressisse. Cf. Euseb. Praep. ev. V. §. 34. Ducaeus: „Ita videtur et vivus et mortuus homicida fuisse.“ Suffr. Petrus: „De homicidio per Theagenem Thasium patrato nihil comperio. Videtur Athenagoras memoria lapsus Cleomedis factum Theageni applicare. Cleomedes enim Astypalaeensis pu-

gil Iccum pugilem Epidaurium olympiade interemit, unde et mulctatus est. Sed tamen post mortem tandem Apollinis decreto in numerum deorum relatus est, ut Pausanias et Eusebius [II. cc.] asserunt.“ Maranus (in Add.): „At ea videtur existisse eiusmodi rerum Athenagorae peritia ut ei haec facta asseveranti, quae alii scriptores non memorant nec negant, fides non sit deroganda.“ Lindnerus: „Fortasse uterque, Theagenes et Cleomedes, quae est sententia Rechenbergii, caedem patravit.“ Codices non habent Ὀλυμπίασιν (proparox.) = Olympiae, sed constanter Ὀλυμπιάσιν = in ludis olympicis.

9. Σάμιοι Λύσανδρον] Gratum animum videntur Samii hac adulatione significare voluisse ob restitutam a Lysandro eorum rempublicam electis Atheniensibus, ut testatur Plutarchus in Lysandri vita. Idem scriptor vivo Lysandro aras in Graecia erectas ac victimas narrat oblatas fuisse. Lysandri crudelitas, quam notat Athenagoras, praecipue enituit in occidendis octingentis Milesiis, quos iurisiurandi religione deceptos partim in urbe relinuerat partim in urbem vocaverat. Maranus. — Pro ἐπὶ Bodl. 1. 2 et Act. ἐπὶ.

10. Ἀλκμάν . . . Κίλινας] Offen-

δος Μήδειαν καὶ Νιόβην Κίλικες, Σικελοὶ ¹¹ Φίλιππον τὸν Βου-
τακίδου, ¹² Ὀνήσιλον Ἀμαθούσιοι, ¹³ Ἀμίλκαν Καρχηδόνιοι.
¹⁴ Ἐπιλείψει μὲ ἡ ἡμέρα τὸ πλῆθος καταλέγοντα. Ὅταν οὖν
αὐτοὶ ¹⁵ αὐτοῖς διαφωνῶσι περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν, τί ἡμῖν
μὴ συμφερομένοις ἐπικαλοῦσι; Τὸ δὲ κατ' Αἴγυπτίους μὴ καὶ γε- B
λοῖον ἦ; ¹⁶ Τύπτονται γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ στήθη κατὰ τὰς
πανηγύρεις ὡς ἐπὶ τετελευτηκόσι καὶ ¹⁷ θύουσιν ὡς θεοῖς· καὶ
οὐδὲν θαυμαστόν· ¹⁸ οἷ γε καὶ τὰ θηρία θεοὺς ἄγουσι καὶ ξυ-

sionem praebent haec verba; nam, ut iam Sam. Petitus (Varr. lectt. lib. III. c. 3) monuit, non perstringit hic Athenagoras singulorum hominum circa numen deliria, sed varias gentium superstitiones. Par. 1. 2. Arg. Lub. Orat. Clar. Bon. ἀλκμᾶν (Lub. ἀλκμᾶν, Arg. ἀλκᾶν) καὶ ἡσίοδος μῆδειαν ἢ νιόβην κίλικες. Sic etiam Gesner. et Rechenberg., nisi quod hic ex Μῆδειαν fecit Μῆδειον. Caeteri codd. msti et editi praebent ut supra in textu. Gesnerus vero coniecit Ἀλκμᾶν καὶ Ἡσίοδος Μῆδειαν, Νιόβην Κίλικες. Alcman poeta lyricus (εὐρετῆς τῶν ἐρωτικῶν μελῶν, Suid.) fuit, saeculo septimo a. Chr. (Diodor. Sic. IV. c. 7); nihil nunc eius reliquum est praeter fragmenta, in quibus Medea non memoratur. Lindnerus illud Rechenbergii Μῆδειον (Medeae et Iasonis filium) defendit, ad Hesiodi Theog. v. 1001 (ἦγε . . . Μῆδειον τέκε παῖδα, τὸν οὐρεσιν ἔτρεφε Χείρων) provocans: quamquam idem poeta l. c. 961 etiam Μῆδειαν memorat: non vero divinos tribuit honores. Noli decipi verbis Odofr. Mülleri (Orchomenos u. d. Minyer, Vratisl. 1844, p. 264): „Als Göttin erscheint die Medea bei Hesiod und Alcman.“ Nimirum respicit tacite ad nostrum Athenago-

rae locum. Cf. Hesiod. Carm. ed. C. Goettling. (ed. 2) p. 97 et Poett. lyr. gr. ed. Th. Bergk. (ed. 2) p. 654. Quid? Locus corruptus est. Animadvertendum quidem est librariis in nominibus propriis labi eo fuisse proclivius, quo difficilius legi poterant. Cf. e. gr. c. 1. n. 7. Displacent vero quae Petitus l. c. proposuit: ἀλλὰ μὲν Καδούσιος Μῆδειαν ἢ Νιόβην Κίλικες, ita interpretans: „Sed Cadusii colunt et venerantur Medeam tanquam deam quomodo etiam Cilices Nioben.“ Debebat saltem scribere: ἀλλὰ μὲν Καδούσιοι Μῆδειαν καὶ Νιόβην Κίλικες. At ubi est δέ, respondens illi μὲν? Medeam invenisse mihi videor. Etenim particula ἢ in antiquioribus codicibus hic conspicua indicat verba ἢ Νιόβην primitus in margine vel supra lineam, ad vocem Μῆδειαν, fuisse posita et postea in textum infulta (c. 17. n. 22. 27, c. 18. n. 37, c. 20. n. 7 al.). Etiam Ἀλκμᾶν καὶ Ἡσίοδος tamquam testes, ex consuetudine in codicibus conspicua, ad marginem appositi erant: quum Medeae mentionem facerent; inde in textum immissi sunt. Ergo fortasse legendum: κακοῖς, Μῆδειαν Κίλικες, Σικελοὶ κτλ. Caeterum Medea potissimum Corinthi colebatur.

Nioben Cilices, Siculi Philippum Butacidae filium, Onesilum Amathusii, Hamilcarem Carthaginienses. Deficiet me dies si singulos percurram. Quum igitur inter se ipsi de diis suis dissentiant, quid nobis crimini dant quod non in easdem ac ipsi opiniones feramur. Quae autem apud Aegyptios fiunt nonne ridicula sunt? In templis enim, quum magnos agunt conventus, pectora feriunt tanquam ob defunotos et sacrificant tanquam diis; neque id mirum: quippe quum ipsas

11. Φιλ. τ. Βουτακ.] Philippus, filius Butacidae, patris Cretoniates, post mortem divino honore affectus. Cf. Herod. V. c. 47.

12. Ὀνησίλον] Ita reponendum duxi pro vulg. Ὀνησίλαον, qui nuspian apud veteres memoratur. Fuit ille filius Chersis, frater Gorgi regis Salaminii, in insula Cypro. Cf. Herod. V. c. 104 sqq. Constat Amathusios fuisse incolas urbis Amathuntis, quae urbs erat Cypri antiquissima.

13. Ἀμίλκων] Mon. ἄμιλκων (sic).

14. Ἐπιλείψει] Lub. ἐπιλήψει. De formula hyperbolica ἐπιλείπει μὴ ἡμέρα s. ὁ χρόνος, quae frequens est apud veteres oratores (Pape Lex. gr. T. I. p. 789), plura disseruit Boissonadius ad Aristaenet. p. 548 et ad Phanud. interpretat. Metamorph. Ovid. p. 678.

15. αὐτοῖς] Sic Par. 1. Arg. Lub. Bodl. 1. Sic Morell. quoque, Duc. et Maran. Caeteri αὐτοῖς. Cf. c. 2. n. 9. Mox pro θεῶν Mon. θεῶν, in marg. autem a correctoris manu: ἰσως θεῶν. Idem codex pro συμφερομένοις habet συμφερομένης, ita tamen, ut supra η positae sint litterae οι.

16. Τύπτονται κτλ.] Minucius Fel. Oct. c. 21: „Considera denique Corp. Apoll. Vol. VII.

sacra ipsa et mysteria: invenies exitus tristes, fata et funera et luctus atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo suo et calvis sacerdotibus luget, plangit, inquit, et Isiaci miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris imitantur. . . . Nonne ridiculum est vel lugere quod colas vel colere quod lugeas? Haec tamen aegyptia quondam nunc et sacra romana sunt.“ Epiphanius (Ancorat. §. 106) testatur Aegyptios ab Heraclito irritos: „Heraclitus Aegyptiis hunc in modum obliquit: Si dii sunt, quos colitis, cur illos lugetis? Nam illi Tryphonem et Osirim et alios sub terram depressos lugubri carmine prosequentes tanquam sepultos lugere solent. Quare sic illos arguebat Heraclitus: Si dii sunt, cur illos defletis; si mortui sunt, frustra lamentamini.“ Lactant. Instit. div. I. c. 20.

17. θύουσιν] Nempe τετελευτηκόσι. Bodl. 1. 2 ἐπιτετελευτηκόσι coniunctim. Fellus scribi maluit: ὡς καὶ (pro ἐπὶ) τετελευτηκόσι καὶ θύουσιν ὡς θεοῖς.

18. οἱ γε κ. τὰ θηρία θ. & γ.] Bodl. 1. 2. Ael. καίτοι pro καὶ τὰ. De cultu animalium Aegyptiis sueto patres saepenumero exponunt. Cf. c. 1. (n. 11). Iuvenalis Satyr. 15:

ρῶνται ἐπεὶ ἀποθνήσκουσι, καὶ θάπτουσιν ἐν ἱεροῖς καὶ δημοσι-
λαιῖς κοπετοῦς ἐγείρουσιν. Ἄν τοίνυν ἡμεῖς, ὅτι μὴ κοινῶς ἐκεί-
νοις θεοσεβοῦμεν, ἀσεβῶμεν, πᾶσαι μὲν πόλεις ¹⁹ πάντα δὲ Ἰθνη
ἀσεβοῦσιν· οὐ γὰρ τοὺς αὐτοὺς ²⁰ πάντες ἄγουσι θεοὺς.

15. Ἄλλ' Ἰστῶσαν τοὺς αὐτοὺς ἄγοντες. Τί οὖν; Ἐπει-
οὶ πολλοί, διακρίναι οὐ δυνάμενοι τί μὲν ὕλη τί δὲ θεός ¹ πό- C
σον δὲ τὸ διὰ μέσου αὐτῶν, προσίασι τοῖς ἀπὸ τῆς ὕλης εἰδεύ-
λοις, δι' ἐκείνους καὶ ἡμεῖς, οἱ διακρίνοντες καὶ χωρίζοντες ² τὸ
ἀγέννητον καὶ τὸ γενητόν, ³ τὸ ὄν καὶ τὸ οὐκ ὄν, τὸ νοητόν
καὶ τὸ αἰσθητόν, καὶ ⁴ ἐκάστῳ αὐτῶν τὸ προσῆκον ὄνομα ἀπο-
διδόντες, προσελευσόμεθα καὶ προσκυνήσομεν τὰ ἀγάλματα; Εἰ
μὲν γὰρ ταῦτόν ⁵ ὕλη καὶ θεός, δύο ὀνόματα καθ' ἑνὸς πράγ-
ματος, τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα, τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον
οὐ νομίζοντες θεοὺς, ἀσεβοῦμεν. Εἰ δὲ διεστᾶσι ⁶ πάμπλου ἀπ' D
ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον ὅσον τεχνίτης καὶ ἡ πρὸς τὴν τέχνην
αὐτοῦ παρασκευή, τί ἐγκαλούμεθα; ⁷ Ὡς γὰρ ὁ κερამεὺς καὶ

„Quis nescit qualia demens Aegy-
ptus portenta colit?“ Ad δημοτελεῖς
κοπετοῦς Lindaer.: „Tale quid ac-
cidebat in funere Apis bovis, qui
publico et solemniter sepeliebatur
prope Memphim oppidum, indicto
luctu publico, conf. Iablonski Pan-
theon Aegypt. lib. IV. c. 2. §. 12 sq.“

19. πάντα δὲ Ἰθνη ἀσεβοῦσιν.]
Eodem argumento saepe usi sunt
alii religionis defensores. Tertullia-
nus Apolog. c. 13: „Cum alii alios
colitis“, inquit, „utique quos non
colitis offenditis. Praelatio alterius
sine contumelia alterius non potest
procedere, quia nec electio sine re-
probatione. Iam ergo contemnitis
quos reprobatis quos reprobando of-
fendere non timetis.“ Eadem le-
guntur adv. nat. I. c. 10. [Cf. Iu-
stini Mart. Apol. I. c. 24. n. 2.]
Hac ratiocinatione Augustinus uten-
dum sibi esse non duxit, quia aliud

sibi proponebat. „Qua in re“, in-
quit De civit. dei VII. c. 1, „non
dico quod facetius ait Tertullianus
fortasse quam verius, si dii seligan-
tur ut bulbi, utique caeteri reprobi
iudicantur. Non hoc dico: video
enim etiam ex selectis seligi ali-
ques ad aliquid maius atque prae-
stantius. Sicut in militia, cum tiro-
nes electi fuerint, ex his quoque
eliguntur ad opus aliquod maius ar-
morum.“ Demonstrare instituebat
Augustinus deorum cultu aeternam
felicitatem comparari non posse.
Huic proposito parum conducebat
ethnicos impietatis arguere, quia
alios alii deos colebant. At eadem
ratiocinatio magnum et praeclarum
Tertulliano usum praebebat, quem
perfecto reiectum non fuisse ab Au-
gustino asseverare licet. Deobus
enim illa ratiocinatio stat principiis:
1°. nemini cultum divinum esse de-

bellas referant in deos iisque mortuis capillos deponant, et eas sepeliant in templis publicosque planctus excitent. Si ergo nos, quia non eandem atque illi pietatem in deos sequimur, impii sumus, omnes civitates omnesque gentes impiae sunt: non enim omnes eosdem agnoscunt deos.

15. Sed esto, eosdem agnoscant. Quid igitur? Quia vulgus, quum internoscere non possit quid materia quid deus quantum inter utrumque intervallum sit, supplicat confectis ex materia simulacris: num idcirco nos quoque, qui discernimus et disiungimus infectum et factum, id quod est et quod non est, id quod mente et quod sensu percipitur, et aptum unicuique horum nomen imponimus, adibimus et adorabimus simulacra? Nam si unum et idem materia et deus, duo eiusdem rei nomina: impii sumus, qui lapidos et ligna, auram et argentum non existimemus deos. Sin autem longissime a se invicem distant, et tantum quantum artifex et subiectus eius arti apparatus, quid incusamur? Quemadmo-

ferendum, nisi qui ab omnibus colendus et adorandus sit; 2^o. cum Christianos impietatis nomine damnarent ethnici ob cultum diis negatum, iure merito referebant Christiani quod allatum erat ab adversariis. *Maranus.*

20. πάντες] Excidit errore in editionibus Morelli et Ducaei.

1. πόσον ... αὐτῶν] Cf. c. 4. n. 9. — Par. 2. Bodl. 1. 2. Act. διὰ μέσον. Lub. et Mon. non προσίαισι sed προσιάσι. Tum ὑπό Bodl. 1 pro ἀπό.

2. τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν] Sic Par. 1 et Arg.; sic Lindner. quoque. Cf. c. 4. n. 10. Mon. τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν. Caeteri codd. mss et editi incōcinne τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ (Bodl. 1 τὸν) γεννητόν.

3. τὸ ὄν] Bodl. 1. 2 τὸ ἔν, nec καὶ τὸ οὐκ ὄν agnoscunt.

4. ἐκάστῳ] Bodl. 1. 2. Act. ἐκάστων.

5. ὕλη] Materiam passim Athenagoras vocat omne corpus sive simplex, id est elementum, sive ex elementis compositum; mox vero ἡ πανδεχῆς ὕλη ab eo dicitur, materia prima tantum, omnium scilicet formarum capax, chaos poetarum, terra inanis et informis in sacris literis. *Gesner.*

6. πάνπολυ] Bodl. 1. 2. Act. πανπόλλοι.

7. Ὡς γὰρ etc.] Interpr. Camp.: „Denn wie sich der Töpfer zum Thon verhält (die Materie ist nämlich der Thon, der Künstler aber der Töpfer), so verhält sich Gott der Werkmeister [δημιουργός c. 10.

ὁ πηλός (ὑλή μὲν ὁ πηλός, τεχνίτης δὲ ὁ κεραμεύς), καὶ ὁ θεὸς δημιουργός, ὅ ὑπακούουσα δὲ αὐτῷ ἢ ὑλή πρὸς τὴν τέχνην. Ὁ ἄλλ' ὡς ὁ πηλός καθ' ἑαυτὸν σκευή γενέσθαι χωρὶς τέχνης ἀδύνατος, καὶ ἢ πανδεχῆς ὑλή ἄνευ τοῦ θεοῦ τοῦ δημιουργοῦ διάκρισιν καὶ σχῆμα καὶ κόσμον οὐκ ἐλάμβανεν. Ὡς δὲ οὐ τὸν κέραμον προτιμότερον τοῦ ¹⁰ ἐργασμένου αὐτὸν ἔχομεν οὐδὲ τὰς φιάλας καὶ χρυσίδας ¹¹ τοῦ χαλκεύσαντος, ἀλλ' εἴ τι περὶ ¹⁵ βείνας δεξιὸν κατὰ τὴν τέχνην τὸν τεχνίτην ἐπαινοῦμεν, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐπὶ τοῖς σκεύεσι δόξαν καρπούμενος, καὶ ἐπὶ τῆς ὑλῆς καὶ τοῦ θεοῦ τῆς διαθέσεως τῶν κεκοσμημένων οὐχ ὑλή τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν δικαίαν ἔχει ἀλλ' ὁ δημιουργός ¹² αὐτῆς θεός. ¹³ Ὡστε, εἰ τὰ εἶδη τῆς ὑλῆς ἄγοιμεν θεούς, ἀναισθητεῖν τοῦ ὄντος θεοῦ δόξομεν, τὰ λυτὰ καὶ φθαρτὰ τῷ αἰδίῳ ἐξισοῦντες.

16. ¹ Καλὸς μὲν γὰρ ὁ κόσμος καὶ τῷ μεγέθει περιέχων B καὶ τῷ διαθέσει τῶν τε ἐν τῷ λοξῷ κύκλῳ καὶ τῶν περὶ τὴν ἄρκτον καὶ τῷ σχήματι σφαιρικῷ ὄντι· ἀλλ' οὐ τοῦτον, ἀλλὰ

n. 19] zu der seiner Kunst gehorchenden Materie.“ Arg. Orat. Mon. Bon. pariter atque editi ante Maran.: ὡς γὰρ ὁ κεραμεύς, καὶ ὁ θεὸς δημιουργός, ὑπακούουσα κτλ. Repetita verba ὁ κεραμεύς καὶ ὁ in causa suae cur verba inter ὁ κεραμεύς et καὶ ὁ interposita, καὶ ὁ πηλός ὑλή μὲν ὁ πηλός τεχνίτης δὲ ὁ κεραμεύς, omitterentur. Reliqui codd. msti, etiam Mon. in marg., pleniorē eamque genuinam lectionem praebent.

8. ὑπακούουσα] Aet. ὑπακούουσα. Mox ἢ ὑλή αὐτῷ Par. 2. Bodl. 1. 2. Aet. pro αὐτῷ ἢ ὑλή.

9. Ἄλλ'] Gesner. coniecit καί. Pro καὶ ἢ πανδεχῆς (cf. n. 5) Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. καὶ παντευχῆς. De sententia adess c. 10.

n. 12. Caeterum διάκρισις, secretio, „pertinet ad separationem elementorum quae in chaos iacebant commixta“ (Lindner).

10. ἐργασμένου] Sic ex Par. 1. 2. Arg. Ottob. 1. 2 reposui. Lub. et Mon. ἐργασμένου. Caeteri ἐργασμένου, id quod etiam est in editis.

11. τοῦ] Bodl. 1. 2 τοῦς.

12. αὐτῆς] Bodl. 1 αὐτός. Huic loco similis est in Theodoretī Therap. serm. 3, ut Dechair. monet.

13. Ὡστε, εἰ] Codd. editi ὡς εἰ. Sic etiam msti. Sed Lub. et Mon. ὡσεὶ coniunctim; in Arg. εἰ τὰ omisit librarius in textu, posuit tamen supra lineam. Equidem, quum Athenagoras Atheniensis ὡς (c. ind.) non dixerit pro ὡστε, pro ista librariorum voce hanc genuinam scri-

dum enim figulus et lutum (materia quidem lutum, artifex autem figulus), ita deus opifex et quae eius arti obsequitur materia. Sed quemadmodum lutum per seipsum vasa fieri sine arte non potest, ita omnium formarum capax materia sine deo opifice nec distinctionem nec figuram nec ornatum accipit. Quemadmodum autem figlinum opus pleris non facimus quam figulum nec phialas et vasa aurea quam fabrum, sed si quid in iis arte elegans artificem laudamus, isque laudem ex vasis reportat, ita, ubi agitur de materia et deo, mundi descriptionis gloriam et honorem non materia sibi merito vindicat sed materiae opifex deus. Itaque, si materiae species agnoscamus deos, nullum veri dei sensum habere videbimur, ut qui aeterno adaequemus obnoxia dissolutioni et corruptioni.

16. Praeclarus quidem mundus est, tum magnitudine excellens, tum dispositione eorum quae in obliquo circulo et eorum quae circa septentrionem sunt, tum figura sphaerica:

pturam reposui. Error natus est ex particula ὡς (ὡς ... καὶ = quemadmodum ... ita etiam: c. 24. p. 27 C. c. 33. p. 37 A: pariter ὡς ... οὐδὲ c. 22. p. 24 D) ter in hoc capite praecedente. Alibi quoque eadem commutatio deprehenditur: c. 22. n. 10. Iust. Dial. c. Tr. c. 35. n. 23. Τὰ εἶδη τῆς ὕλης (c. 22. n. 48) „sunt formae, quas ab artifice summo accepit materia rudis, velut sunt argentum, aurum, ligna, corpora omnia coelestia et terrena“ (Lindner). Pro τοῦ ὄντος θεοῦ Arg. et Lub. τοῦ ὄντος θεοῦ habent.

1. Καλὸς κτλ.] Paraphrasin huius loci de pulchritudine mundi, ratione figurae et coloris et magnitudinis, Plutarchus dabit De placitis philosophorum I. c. 6, ubi inter caetera de magnitudine sic scribit: καὶ

ἐκ τοῦ μεγέθους καλὸς· πάντων γὰρ τῶν ὁμογενῶν τὸ περιέχον καλόν, h. e. „magnitudinis etiam ratione pulcher est mundus; quod enim omnia suae naturae cognata in se continet, pulchrum est,“ vel potius: „quod enim omnibus suae naturae cognatis excellat, pulchrum est.“ Nam περιέχειν verbum aliquando excellere significat. Gesner. In translatione igitur V. D. habet: „Pulcher quidem mundus est, atque magnitudine et dispositione siderum quae in zodiaco circulo circaque ursa sunt, tum autem et orbiculari sua forma admirabilis“. Maran. cum περιέχων, ut S. Petrus, πάντα subaudivit: „tum magnitudine qu[ia] omnia complectitur“. Pro τῷ ante μεγέθει Bodl. 1. 2 τὸ. Τῇ διαθέσει τῶν τε scilicet ἀστέρων.

τὸν τεχνίτην αὐτοῦ προσκυνητόν. ² Οὐδὲ γὰρ οἱ πρὸς ἑμᾶς ἀφικνούμενοι ὑπήκοοι, παραλιπόντες ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ δεσπότας θεραπεύειν, παρ' ὧν ἂν δεῖντο καὶ τύχοιεν, ³ ἐπὶ τὸ σεμνὸν τῆς καταγωγῆς ὑμῶν καταφεύγουσιν, ἀλλὰ τὴν μὲν βασιλικὴν ἐστὶν ⁴ τηνάλλως ἐντυχόντες αὐτῇ θαυμάζουσι καλῶς C φσημέντην, ὑμᾶς δὲ ⁵ πάντα ἐν πᾶσιν ἄγουσι τῇ δόξῃ. Καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ βασιλεῖς ἑαυτοῖς ἀσκεῖτε τὰς καταγωγὰς βασιλικὰς, ὁ δὲ κόσμος οὐχ ὡς θεομένου τοῦ θεοῦ γέγονεν· πάντα γὰρ ὁ θεὸς ἐστὶν αὐτὸς ⁶ αὐτῷ, φῶς ἀπρόσιτον, κόσμος τέλειος, πνεῦμα, δύναμις, λόγος. Εἰ τοίνυν ἐμμελὲς ὁ κόσμος ὄργανον ⁷ πυνούμενον ἐν ῥυθμῷ, τὸν ἀρμοσάμενον καὶ ⁸ πλήσσοντα τοῦ φθόγγου καὶ τὸ σύμφωνον ἐπάδοντα μέλος, οὐ τὸ ὄργανον προσκυνῶ· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ ⁹ τῶν ἀγωνιστῶν, παραλιπόντες οἱ D

2. Οὐδὲ ... τῇ δόξῃ] Cf. Prolegg. c. VII. Pro ἀφικνούμενοι Bodl. 1 et Act. ἀφικνούμενοι. Par. 1. Lub. Petr. Act. non παρ' ὧν ὧν ἂν δεῖντο sed παρ' ὧν ἂν δεῖντο. (Act. παρ' ὧν δεῖντο.) Suffr. Petrus: a quibus et petere queant et impetrare. Sic (omisso altero ὧν) errore etiam Lindner. edidit, inepte dicens (in Cur. poster.) „Deest ἐκείνων ante ὧν“. Pro τύχοιεν Bodl. 1. 2. Act. τύχοιμεν.

3. ἐπὶ τὸ σεμνὸν etc.] Refert Clemens Alex. Protrept. [§. 50] illud Heracliti: καὶ τοῖσι ἀγάλμασι τούτοις εὐχονται, ὁκοῖον εἴ τις τοῖσι δόμοιςι λισχηνεύοιτο. His simulacris vota faciunt, velut si quis cum aedibus garrat. Minucius Fel. Octav. [c. 18. §. 4]: „Quod si ingressus aliquam domum omnia exulta, disposita, ornata vidisses, utique praesente ei crederes aliquem dominum, et illis bonis rebus multo esse meliorem: ita in hac mundi domo, quum coelum terramque per-

spicias, providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum parentemque, ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.“

4. τηνάλλως] H. e. τὴν ἄλλως (sic Mon. habet divise) sc. ὁδόν, anderweitig, plerumque i. q. ἄλλως, ohne besondere Absicht, nur so hin, Suffr. Petr. „per otium“, Gesner. „obiter et praetereuntes tantum“. Cf. Schaefer. ad Dionys. Hal. De composit. verbor. p. 230. Pertinet non ad ἐντυχόντες (Maran.) sed ad θαυμάζουσι. Pro μὲν ante βασιλικὴν Bodl. 1. 2. μετὰ.

5. πάντα ἐν πᾶσιν] Haec verba ad ὑμᾶς apposita sunt: „euch als Mittelpunkt des Ganzen“. Eadem formulam Paulus de deo (1 Cor. 15, 28) et de Christo (Col. 3, 11) usurpat. ἄγειν τῇ δόξῃ = honorare, celebrare. Cf. c. 4. n. 14. Itaque non est opus Gesneri coniectura: ὑπὲρ πάντα.

6. αὐτῷ] Act. et Bon. αὐτῷ; sic etiam Gesn. Rechenb. Dechair. Lindn. Caeteri codd. msti αὐτῷ;

non hic tamen, sed artifex adorandus est. Neque enim qui ad vos accedunt subditi, insalutatis vobis principibus ac dominis, a quibus sane ea quibus indigent consequantur, ad palatii vestri magnificentiam confugiunt, sed regiam quidem domum obiter, si in eam inciderint, mirantur praeclare adornatam, vos autem a quibus omnia pendent honore prosequuntur. Ac vos quidem reges vobis ipsis regias domos adornatis, mundus autem non ideo factus quod eo indigeret deus; omnia enim ipse sibi deus est, lumen inaccessum, mundus perfectus, spiritus, potentia, ratio. Iam vero si mundus instrumentum concianum est quod in numerum movetur, eum qui sonos temperat pulsatque et numerosum concentum modulatur, non ipsum instrumentum adoro; neque enim prae-

pariter Morell. Duc. Maran. (c. 2. n. 9). Deus *φῶς ἀπρόσιτον*: 1 Timoth. 6, 16. Cf. c. 10. n. 3, ibique (*πν., δύν.*) n. 9 et 16. Lindner: „κόσμος τέλειος cum deus dicitur, nescio qua ratione hominem suspicione vel naturalismi vel spinocismi vindicem, nisi si dicam verbis eum usum esse minus sanis in sensu perquam sano.“ Contra monuit Rössler (*Biblioth. d. Kirchenvv.* T. I. p. 197): „Aber Athenagoras sagt nicht überhaupt κόσμος ἐστὶ θεός, sondern ὁ θεός ἐστὶν αὐτὸς αὐτῷ ... κόσμος τέλειος: er hat die Welt so gar nicht nöthig, wie ihr, Herrscher, einen Palast darin zu wohnen nöthig habt (man merke diesen Gegensatz, um den rechten Verstand nicht zu verfehlen), — dass er sich selbst eine vollkommene Welt ist d. i. in sich selbst alles das hat was ihm die Welt allenfalls darbieten und leisten möchte. Da sehe ich keine Gefahr von dem Naturalismus oder Spinozismus.“ Simili modo C. W. F. Walchius (ap. Lindner. in Cur.

poster.) recte explicuit: omnia deus sibi ipse est; nihil opus fuit creato sole, quum deus ipse sibi sit lux eaque inaccessa, nihil creato mundo, quum ipse sibi sit mundus perfectus, nihil spiritualibus naturis, quum ipse sibi sit *πνεῦμα, δύναμις, λόγος* (*ratio*). Et ita Athenagoras idem dicit quod Tertullianus adv. Prax. c. 5: „Ante omnia enim deus erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia,“ et Minucius Fel. l. c. c. 18. §. 7: „qui (deus) ante mundum fuerit sibi ipse pro mundo.“ Cf. Münscher *Hdbch. d. chr. Dogmengesch.* T. II. (ed. 2) p. 45. 61.

7. *κινούμενον*] Editi καὶ κινούμενον. Sed eieci particulam, quum a codd. mstis absit, exceptis Bon. et Bodl. 2. In Act. est κινούμενον. — De orbium coelestium concentu cfr. Cicero Somn. Scip. et eius interpres Macrobius II. c. 4.

8. *πλήσσοντα*] Bodl. 1. 2. Act. τὸν πλήσσοντα.

9. *τῶν*] Bodl. 2 τὸν. Eodem exemplo Tertullianus ad nat. II. c. 5

ἀθλοθέται τοὺς καθαριστάς, τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν.
¹⁰ Εἶτε, ὡς ὁ Πλάτων φησί, τέχνη τοῦ θεοῦ, θαυμάζων αὐ-
 τοῦ τὸ κάλλος τῷ τεχνίτῃ πρόσκειμι· εἶτε οὐσία ¹¹ καὶ σῶμα, ὡς
 οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, οὐ παραλιπόντες προσκυνεῖν τὸν αἴτιον
 τῆς κινήσεως τοῦ σώματος θεὸν ¹² ἐπὶ τὰ πτωχὰ καὶ ἀσθενῆ
 στοιχεῖα καταπίπτομεν, ¹³ τῷ ἀπαθεῖ ἀέρι κατ' αὐτούς τὴν πα-
 θητὴν ὕλην προσκυνοῦντες· εἶτε ¹⁴ δυνάμεις τοῦ θεοῦ τὰ μέρη
 τοῦ κόσμου νοεῖ τις, οὐ τὰς δυνάμεις προσιόντες θεραπεύομεν,
 ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτῶν καὶ δεσπότην. Οὐκ αἰτῶ τὴν ὕλην
 ἢ μὴ ἔχει, οὐδὲ παραλιπὼν τὸν θεὸν ¹⁵ τὰ στοιχεῖα θεραπεύω, ¹⁶
 οἷς μηδὲν πλέον ¹⁶ ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν ἔξεισιν· εἰ γὰρ καὶ
¹⁷ καλὰ ἰδεῖν τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, ἀλλ' αὐτὰ τῇ τῆς ὕλης
¹⁸ φύσει. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ ¹⁹ λόγῳ τούτῳ καὶ Πλάτων· ²⁰ Ὁν
 γὰρ οὐρανόν, φησί, καὶ κόσμον ²¹ ἐπωνόμακεν, πολλῶν μὲν

utitur: „Nam in voluptatibus vestris non tibiae aut citharae coronam ad praemium adiudicatis, sed artifici, qui tibiam et citharam suavitatis temperet vi.“ Cf. Irenaeum adv. haeres. II. c. 25. §. 2.

10. Εἶτε] Scil. ὁ κόσμος. In Lub. εἶτε omissum est. Mon. ἔστε (sic), sed punctis supra σ positis Sophianus indicavit lectionem falsam esse. Bodl. 1. 2. Clar. Act. ὥστε εἶτε. Maran. ὁ ante Πλάτων errore omisit. Pro τέχνη (nom.: ein Kunstwerk: c. 17) Mon. τέχνη (dat.).

11. καὶ σῶμα] Subaudiendum est τοῦ θεοῦ, quae vox paullo ante occurrit. Neque enim Peripateticorum propria fuit haec sententia, mundum esse substantiam et corpus, sed, ut supra c. 6 testatur Athenagoras, deum Aristoteles eiusque sectatores ex corpore et anima veluti animal quoddam componebant, et

corpus quidem assignabant aetheream substantiam et tum errantis tum fixa sidera, animam autem rationem motuum corporis electricem. Maranus.

12. ἐπὶ ... καταπίπτομεν] Gal. 4, 9. — In Arg. desunt verba στοιχεῖα usque ad κατ' αὐτούς, ut legatur: καὶ ἀσθενῆ τὴν παθητὴν ὕλην προσκυνοῦντες: id quod alia manus in προσκυνοῦμεν mutavit. Articulum τὴν, ante παθητὴν, Morrell. Duc. Maran. errore omiserunt.

13. τῷ ἀπαθεῖ] Bodl. 1. 2 τῷ ἀσθενεῖ. — Ἄερα cum ἀπαθεῖ dicit, non intelligit animam rationalem [Gesn.] sed elementum illud notissimum, cui philosophi ἀπάθειαν attribuebant. Fortasse deest σύν vel ἐν ante τῷ ἀπαθεῖ. [? Cf. Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* ed. 2. p. 1109.] Lindner.

14. δυνάμεις τ. θεοῦ] Hic non sunt angeli, alibi δυνάμεις vocati

sides in certaminibus, citharaedis praetermissis, citharas eorum coronant. Sive mundus, ut Plato ait, artificium dei est, admirans eius pulchritudinem ad artificem adeo; sive illius substantia est et corpus, ut Peripateticis placet, non omisso culta dei, qui motus corporis auctor est, ad egena et infirma elementa delabimur, aere, ut ipsi existimant, a perpe- sione immuni materiam perpe-ssioni obnoxiam adorantes; sive quis dei potestates mundi partes existimat, non ad potesta- tes adimus colendi causa, sed ad earum creatorem et do- minum. Non ea peto a materia quibus ipsa caret, nec relicto deo elementa colo, quibus nihil amplius licet quam quod iussa sunt; etsi enim visu praeclara propter opificis artem, non tamen a materiae natura discedunt. Testis accedit huic sententiae ipse Plato; *Quod enim coelum, inquit, et mundum*

(cf. c. 10. n. 16), ut censuere Mün- scherus (l. c. p. 24), Clarisseus (De Athenag. vita et scriptt. et eius doctr. p. 106. n. 13), alii, sed iuxta planum sententiarum nexum poten- tiae naturae in deos relatae (vergötterte Naturmächte), ut etiam Baumgarten-Crusius (Comp. d. chr. Dogmengesch. T. II. p. 198) admo- nuit. Mon. δυνάμεις θεοῦ, omisso τοῦ. Mox pro τὰς δυνάμεις Aet. τὰς δύναμεις.

15. τὰ στοιχεῖα] Liqueet haec elementa, quae visu praeclara esse propter opificis artem declarat, non esse aerem aut aquam aut ignem aut terram, sed solem et stellas. Maranus. Cf. Justin. Mart: Apol. II. c. 5. n. 2. — Tatianus Or. ad Gr. c. 4: Γέγονεν ἥλιος καὶ σε- λήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοὺς ἐμοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω;

16. ἦ] Deest in Arg. Verbum ἔξεστιν, quod in omnibus codd.

mstis invenitur, a Morelle et Du- caeo errore omissum est. Par. 2. Bodl. 1. 2. Aet. οἷς μηδὲν ἢ ὄσον ἐκελεύσθησαν πλέον ἔξεστιν.

17. καλὰ] Arg. καλόν. Idem mox οὐ pro αὐτὰ.

18. φύσει] Hic editi addunt μαρτυρεῖ. Quod quum iterum oc- currat ac sententiam prorsus defor- mat, visum est delendum e contextu. Maranus. Recte deest in Lub. (ad- stipulante Kaisero) et Bodl. 2. Adeas praeterea quae c. 14. n. 3 observavi.

19. λόγῳ] Excidit mendose apud Morell. et Duc. Particula καὶ ante Πλ. deest in Bodl. 1. 2. Clar.

20. Ὅν . . . ἀδύνατον] Plat. Polit. p. 269. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VI. p. 30). — Hic lo- cus editores cunctos fugit.

21. ἐκωνόμακεν] Fortasse ἐκω- νομάκαμεν, ut Plato. Tum is ha- bet: πολλῶν μὲν καὶ μακαρίων παρὰ τοῦ γεννήσαντος μεταίληθεν,

μετέσχηκε μακαρίων παρὰ τοῦ πατρός, ἀτὰρ οὖν δὴ κεκοινώνηκε σώματος· ὅθεν αὐτῷ ²² μεταβολῆς ἀμοίρῳ τυγχάνειν ἀδύνατον. Εἰ τοίνυν θαυμάζων τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς τέχνης οὐ προσκυνῶ αὐτὰ ὡς θεούς, εἰδὼς τὸν ἐκ' αὐτοῖς τῆς λύσεως λόγον, ὃν οἶδα ²³ ἀνθρώπους δημιουργοὺς πῶς ταῦτα προσείπω θεούς; ²⁴ Σκέψασθε δέ μοι διὰ βραχέων-

17. Ἀνάγκη δὲ ¹ ἀπολογούμενον ἀκριβεστέρους παρέχειν τοὺς λογισμοὺς καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων, ὅτι νεώτερα, καὶ περὶ τῶν εἰκόνων, ὅτι χθὲς καὶ πρώην γεγονάσιν, ² ὡς λόγῳ εἰπεῖν· ἴσται δὲ καὶ ὑμεῖς ταῦτα ἀξιολογώτερον, ὡς ἂν ³ ἐν πᾶσι καὶ ὑπὲρ πάντας τοῖς παλαιοῖς συγγινόμενοι. Φημί οὖν Ὀρφέα καὶ Ὀμηρον καὶ Ἡσίοδον εἶναι ⁴ τοὺς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόν- C τας τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις θεοῖς. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἡρόδοτος· ⁵ Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὀμηρον ⁷ ἡλικίην τετρακοσίοις ἔτεσι δοκέω πρεσβυτέρους ἐμοῦ γενέσθαι, καὶ οὐ πλείοσι· οὗτοι δὲ εἰσιν οἱ ⁸ ποιήσαντες θεογονίην Ἑλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες ⁹ καὶ τιμὰς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἶδα αὐτῶν σημήναντες. Αἱ δ' εἰκόνες, μέχρι μήπω πλαστικῆ καὶ

ἀτὰρ κτλ. Post κεκοινώνηκε inse- rit γε καὶ.

22. μεταβολῆς] Aet. καταβο- λῆς. Statim Plato ἀμοίρῳ γίγνε- σθαι διὰ παντὸς ἀδύνατον.

23. ἀνθρώπους] Lub. et Petr. ἀνθρωπίνοους. Bodl. 1. 2. Aet. αὐ- τοὺς.

24. Σκέψασθε] Aet. σκέψασθαι.

1. ἀπολογ.] Bodl. 1. 2 ὑπολογ. Vox ὀνομάτων spectat ad nomina deorum: ea esse recentia.

2. ὡς λόγῳ εἰπεῖν] Sic recte Ducaeus edidit. Respicit ad formu- lam proverbialē χθὲς καὶ πρώην (Justin. Mart. Apol. II. c. 1. n. 2). Caeteri ὡς λόγος εἰπεῖν. Arg. ὡς λόγον (mutatum in λόγος) εἰπεῖν.

C. 29: οἷ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς καὶ πρώην ἄνθρωποι ἐξ ἀνθρώ- πων γεγονότες, θεοὶ νομίζονται. Iam Stephanus non dubitavit quin λόγῳ et nostro loco legi debeat.

3. ἐν πᾶσι] Maran. male: cum omnibus eruditissimis hominibus. Gesn. et Linda. (in Cur. poster.) inepte cum τοῖς παλαιοῖς coniungunt: in antiquissimis quibusque scriptis, si alius quisquam, versati. Explices (c. 16. n. 5): in omnibus quae ad eruditionem pertinent. Arg. συγ- γινόμενοι (c. 6. n. 19).

4. τοὺς κ. γ. κ. ὁ. δόντας] Haec verba in codd. mstis et editis alieno loco posita sunt, nempe in effato Hesiodi statim laudato, inter

appellavit, id multa quidem a patre felicia consecutum est, sed tamen corporis est particeps; hinc mutationis expers esse non potest. Igitur si, quamvis coelum et elementa quoad artem admiror, ea ut deos non adoro, quippe quum impostam iis dissolutionis legem noverim: quorum homines opifices esse scio quomodo ea appellaverim deos? Rem iam, quaeso, paucis considerate.

17. Necesse est autem causam dicenti accuratiores rationes afferre et de nominibus, ea esse recentia, et de simulacris, ea esse heri et nudius tertius facta, ut ita dicam; haec vero et vos accuratius scitis, ut qui in omnibus et supra omnes cum veteribus consuetudinem contraxistis. Dico igitur Orpheum et Homerum et Hesiodum esse qui et genera et nomina iis quos appellant diis dedere. Testatur id ipse Herodotus: *Hesiodum enim et Homerum quadringentis annis existimo antiquiores me esse, nec pluribus; hi sunt autem qui deorum generationem condiderunt Graecis, ac diis cognomina imposuerunt et honores artesque distribuerunt, et eorum formas designarunt.* Simulacra autem, quamdiu pla-

voces οὐ πλείοσι et οὗτοι δὲ εἰσιν, ubi non sine incommodo leguntur: quapropter restituendas esse duxi in avitam sedem. Maran. et Lindner. maluerunt Dechairio praeunte ista verba post λεγομένοις θεοῖς collocari. Prorsus vero improbandae sunt emendandi rationes a Gesnero et Suffr. Petro commendatae: ille enim post Ἡσίοδον addi iussit ἰσοχρόνους vel ὁμήλικας, hic εὐρέτας vel τεχνίτας vel εἰσηγήτας. Lindner: „Fallitur Athenagoras, cum putat ab his poetis nomina imposita esse diis, quae ante non habuerint. Quae enim Homerus in Iliade et Hesiodus in Theogonia de diis tradiderunt haec non ex ingenio conficta sunt ab his duumviris, sed traditionem

habuerunt quam sequerentur antiquissimam.“ Pro ὑπ’ αὐτῶν Bodl. 1. 2 ἐπ’ αὐτῶν.

5. Ἡρόδοτος] Bodl. 1. 2 ὁ Ἡρόδοτος.

6. Ἡσίοδον ... σημήναντες] Herod. Histor. II. c. 53.

7. ἡλικίην] Bodl. 1. 2 ἡλικία. Tum fortasse τετρακοσίοισι legendum, ut apud Herodotum. Idem pro πρεσβ. ἐμοῦ habet μεν πρεσβυτέρους. Dein πλείοσι. Pro δοκέω Bodl. 1. 2. Aet. δοκέων. Cf. n. 4.

8. ποιήσαντες] Mendese Morell. ποιήσαντες et Maran. πινήσαντες, Arg. θεογονικήν pro θεογονίην.

9. καὶ] Deest in Bodl. 1. 2. Aet. Mox Mon. σημαίναντες.

γραφική καὶ ἀνδριαντοποιητικὴ ἦσαν, ¹⁰ οὐδὲ ἐνομιζοντο, ¹¹ Σαυ-
ρίου δὲ τοῦ Σαμίου καὶ Κράτωνος τοῦ Σικυωνίου καὶ Κλεάνθους D
τοῦ Κορινθίου καὶ κόρης Κορινθίας ἐπιγενομένων· καὶ σκιαγρα-
φίας μὲν εὐρεθείσης ὑπὸ ¹² Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγρά-
ψαντος, γραφικῆς δὲ ¹³ ὑπὸ Κράτωνος, ¹⁴ ἐν πίνακι λελευκω-
μένῳ σκιάς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐναλείψαντος· ¹⁵ ἀπὸ δὲ τῆς
κόρης ἢ κοροπλαθικὴ εὐρέθη· ¹⁶ ἐρωτικῶς γάρ τινος ἔχουσα πε-
ριέγραψεν αὐτοῦ κοιμωμένου ἐν τοίχῳ τὴν σκιάν, εἶθ' ὁ πατήρ,
ἦσθεις ¹⁷ ἀπαραλλάκτῳ οὔσῃ τῇ ὁμοιότητι, (κέραμον δὲ εἰργάζεται)
¹⁸ ἀναγλύψας τὴν περιγραφὴν πηλῷ προσανεπλήρωσεν· ὁ τύπος ¹⁷
ἔτι καὶ νῦν ἐν Κορίνθῳ σώζεται. Τούτοις δὲ ἐπιγενομένοι ¹⁹ Δαι-

10. οὐδὲ ἐνομιζ.] I. q. waren
auch nicht (als Brauch anerkannt)
üblich s. im Brauche. Cf. Pape Lex.
gr. T. II. p. 244 sq. Inutilis est
Gesneri coniectura ὀνομάζοντο.
Bodl. 1. 2 ὀνομάζοντο.

11. Σαυρίου δὲ] H. e. ἐνο-
μίζοντο δὲ, scil. εἰκόνες, Σαυ-
ρίου τοῦ Σ. etc. Scholion (s. ru-
brica) in marg. Par. 1 et 2: Σαυ-
ρίας· Κράτων· Κλεάνθης· Κόρη·
ἀπὸ [sic] τούτων ἐπενοήθη πλα-
στικὴ τε καὶ γραφικὴ. Hos arti-
fices, excepto Cleanthe, quem alii
graphices inventorem (Plin. XXXV.
c. 3. s. 5), alii pictorem (Strab.
VIII. p. 343 ed. Cas. Athen. VIII.
p. 346 ed. Cas.) dixerunt, solus Athe-
nagoras memoravit. Cf. I. Sillig Catal.
artific. (Dresd. et Lips. 1827)
p. 152. 160. 162. 409. Κόρη vero
nomen proprium sit (sic fere omnes
censent praecunte Gesnero in trans-
latione) an appellativum (Lindn.)
non satis constat. Sed hoc ego
quidem praefero, praesertim quum
articulus (τῆς) ante Κορινθίας de-
sit, quem in praecedentibus con-
stanter legis: Σ. δὲ τοῦ Σαμίου

etc. Inde etiam posthac: ἀπὸ δὲ
τῆς κόρης.

12. Σαυρίου] Bodl. 1. 2. Aet.
τοῦ Σαυρίου.

13. ὑπὸ] Morell. et Duc. καὶ
mendose.

14. ἐν πίνακι λελευκωμένῳ]
Quas picturas Plinius XXXV. c. 9
monochromata dixit h. e. imagines
colore rubro in tabula alba. Lind-
ner. — Bodl. 1. 2. Aet. ἐν π. λε-
λευκωμένων. Lub. et Petr. σκιάν,
Men. σκιάς.

15. ἀπὸ δὲ τ. κ.] Articulus il-
lam indicat puellam Corinthiam an-
tea memoratam. Lub. ὑπὸ δὲ τ. κ.
Et sic Maranus coniecit: ὑπὸ δὴ
τ. κ. Sed lectio vulgata est sana;
egregie quadrat in κόρη. Saepe-
numero enim ἀπὸ de persona vel
re dicitur, ansam et opportunitatem
praebente; exempla dedi Justin. Mart.
Orat. ad Gentl. c. 1. n. 7; cf. Mat-
thiae *Ausf. gr. Gramm.* (ed. 2) p.
1132 sq. et Winer *Gramm. d. neu-
test. Spr.* (ed. 6) p. 332. Plinius
dicit (n. 16) *filias opera*. Cur δὲ
in δὴ mutandum equidem non video.
Iam vero ex κοροπλαστικὴ, quod

stice et pictura et ars statuaria non erant, neque usitata erant, sed tum demum quum Saurias Samius et Crato Sicyonius et Cleanthes Corinthius et puella Corinthia prodiissent: quumque delineatio quidem a Sauria inventa esset, qui equum in sole adumbravit, pictura autem a Cratone, qui in tabula dealbata umbras viri ac mulieris illevit; per illam autem puellam coroplathice inventa est: haec enim cuiusdam amore capta dormientis umbram in pariete delineavit, tum pater, imagine simillima delectatus, (is autem figulus erat) delineationem postquam exsculpsit luto implevit: haec effigies etiamnunc Corinthi servatur. His posteriores Daedalus

in omnibus codd. editis est, ope Par. 1. Lub. Petr. Mon. κοροπλαθική (*ars pupas fingendi*) effeci. Arg. κοροπλαθική. Nempe vox κοροπλάστης est hellenistica, ut Moeris testatur, pro attica ideoque Athenagorae magis accommodata κοροπλάθος, h. e. interprete Suida ὁ τοῦς κόρους (pupas) πλάττων κηρῶ ἢ γύψῳ. Cf. Stephan. Thes. gr. ling. (ed. C. B. Hase) Vol. IV. p. 1840.

16. ἐρωτικῶς γὰρ κτλ.] Plinius XXXV. c. 12. s. 43: „Opere terrae fingere ex argilla similitudines Dibutades Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiae opera: quae capta amore iuvenis, abeunte illo peregre, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus pater eius impressa argilla typum fecit et cum ceteris fictilibus induratam igni proposuit: eumque servatum in Nymphæo, donec Corinthum Mummius overteret, tradunt.“ Plinius igitur typum ad Mummius usque servatum in Nymphæo tradit: an idem post alio loco sit servatus tacet. Scribit

ex traditione: Athenagoras confidentius asseverat.

17. ἀπαράλλαντῳ] Lub. et Mon. ἀπαράλλαντως.

18. ἀναγλύψας] Maran. ex Clar. praeter necessitatem dedit καὶ ἀναγλύψας. Omnes caeteri codd. msti coniunctionem non agnoscunt. In praecedenti parenthesi δὲ abest a Bodl. 2 et Aet.

19. Δαίδ. καὶ Θεόδ.] Lub. et Mon. καὶ omisere. De utroque artifice adeas Sillig. l. c. p. 169 sqq. et 439 sqq., qui (p. 442): „Vix dubito“, inquit, „quin Theodorus Milesius, qui apud Athenagoram cum Daedalo ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικὴν invenisse dicitur, nullus sit alius quam noster per errorem ex Samio Milesius factus.“ Lub. Μιλίσσιος. Codd. msti ἀνδριαντ. καὶ πλαστ. suppeditant: soli Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. inverso ordine πλαστ. καὶ ἀνδριαντ.,* et sic Dechair. et Maran. ediderunt. Plastice enim, ut ait Plinius, „prior quam statuaria fuit“; unde etiam mater statuariae vocatur apud eundem. Non muto. Videtur scilicet ἀνδριαντ.

δαλος καὶ Θεόδωρος ὁ Μιλήσιος ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικὴν προσεξεῦρον. Ὁ μὲν δὲ ²⁰ χρόνος ὀλίγος τοσοῦτος ταῖς εἰκόσι καὶ τῇ περὶ τὰ εἰδῶλα πραγματείᾳ, ὡς ἔχειν εἰπεῖν ²¹ τὸν ἐκείνου τεχνίτην θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς (²² μᾶλλον δὲ Ἀθηλαῖς· Ἀθηλαῖ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτερον, οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας τὸ παλαιὸν) καὶ τὴν καθημένην ²³ Ἐνδοῖος εἰργάσατο μαθητῆς Δαιδάλου, ²⁴ ὁ δὲ Πύθιος ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους, καὶ ὁ Δῆλιος καὶ ἡ Ἀρτεμις ²⁵ Τεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη, ἡ δὲ ἐν Σάρμῳ

ad Daedalum, πλαστ. ad Theodorum respicere. Refertur Daedalum statuas per se ambulantes fabricasse (Sillig. p. 174), Theodorum autem plasticum invenisse (p. 439 sq.).

20. χρόνος ὀλίγος τοσοῦτος] „Tempus adeo breve“ eleganter dictum. Gesner.

21. τὸν] Bodl. 1. 2. Aet. τὰ. Mox Bodl. 1. 2 θεὸν pro θεοῦ.

22. μᾶλλον . . . τὸ παλαιὸν] Sic codd. msti; sed Aet. γὰρ (sic) pro δὲ (sic etiam Morell. Duc. Maran. mendose), Arg. ἀθηλαῖ pro ἀθηλαῖ, Bodl. 1. 2. Aet. οὕτως pro οὕτω, Mon. vero verba ἀθηνᾶς μᾶλλον usque ad ἀθηλαῖ γὰρ in marg. habet. Gesnerus coniecit ὡς οἱ μυστικώτεροι sc. ὀνομάζουσιν. Maranus haec advertit: „Secum pugnare Gesnero visus est Athenagoras, quia Athenam, quam hic eandem esse ac Athelam declarat, infra c. 20 ab Athela distinguit. Atque haec causa Langum adduxit, ut has voces μᾶλλον usque ad τὸ παλαιὸν e margine in contextum obrepisse crederet. Sed duae sunt Athelae: altera dicitur e cerebro Iovis proditisse et, ut ait Eustathius in Iliad. p. 83, οἶονεὶ ἀθηλή τις οὖσα, ὡς μὴ θηλάσασα· ὠδινε μὲν γὰρ φα-

σιν ἡ κεφαλὴ τοῦ διός. [Tzet. ad Hesiod. Opp. v. 76.] Haec Minerva dicitur et Athene, meritoque eam distinguit Athenagoras ab altera Athela sive Proserpina, quam Iuppiter ex matre suscepit, quaeque idcirco lactata non fuit quia matri, utpote horrendum monstrum, displicuit.“ Tum monet ad verba οὕτω γὰρ. τὸ etc.: „Testatur Plutarchus apud Eusebium Praep. evang. [III. c. 8] ligneum fuisse Minervae Urbicae simulacrum, quod ab indigenis consecratum asservabatur apud Athenienses. Ἐύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἰδρυθέν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Athenagorae verba οὕτω γὰρ etc., quae Gesnerus interpretis omiserat, sic redduntur a Dechairio [praecunte Suffr. Petro]: sic enim quod ex olea fabricatum fuit, antiquitus appellabatur. Sed his verbis non simulacri nomen sed illius species significari videtur: neque Athelae sed Poliadis simulacrum dicebatur. At quomodo Minerva in hoc simulacro ἀθηλαῖ effingi potuit, si hac voce ubera illi admota non fuisse significetur? Dicendum ergo Minervam in hoc simulacro cum unica mamilla, ut Amazones sole-

et Theodorus Milesius statuariam artem et plasticen invenerunt. Aetas igitur imaginibus et simulacrorum apparatui tantula est, ut cuiusque dei artificem dicere possimus. Simulacrum enim Dianae quod Ephesi est et Athenae (vel potius Athelae: Athela enim dicitur ab iis qui rem secretius tradunt, sic enim illud ex olea antiquum simulacrum) et [Minervam] sedentem Endoens fecit Daedali discipulus, Pythius autem opus est Theodori et Teleclis, Delius et Diana Tectaei et Angelionis artificium, Iano Samia et Argiva Smilidis manus,

bant, effectam fuisse: vel illa verba, quae tantum molestiae facessunt, post τὴν καθημέτην reicienda, unde in locum non suum, ut saepe alias contigit [cf. e. gr. n. 4], migrare potuerunt. Non repugnat Minervam sedentem in antiquissimo quoque illo simulacro expressam fuisse." Cf. Sillig. l. c. p. 199. Ut animi sententiam ingenue profitear, ista verba a Lango notata, quae neque ad rem faciunt neque dictioni Athenagorae satis conveniunt, mihi videntur ab aliquo lectore docto profecta et a scriba imperito in textum orationis reposita esse. Suspicionem in ea confert formulæ loquendi μάλλον δέ, de qua videtis Iustin. Mart. Apol. I. c. 3. n. 2. Cf. supra c. 14. n. 10.

23. Ἐνδοῖος] Par. 1. 2. Octob. 1. 2. Lub. Clar. Aet. Bon. Ἐνδοῖος. Arg. ἔνδοῖος. Mon. ἔνδοῖος, littera ἰ supra v posita. Bodl. 1. 2 ἔνδοῖος. Gesn. Rechenb. Dechair. Ἐνδοῖος. Caeteri editores Ἐνδοῖος fecerunt. Ubivis peccatum est. Cf. c. 14. n. 12. Mutatione fere nulla restitui nomen genuinum. Etiam Pausanias I. 26, 5 Endoem Δαιδάλον μαθητὴν dicit.

24. ὁ δὲ Π. Ἰ. Θεοδ. κ. Τηλ.] Theodorus cum fratre Telecle sta-

tuam Apollinis Pythii fecit, sine dubio aeneam, quod tamen negat Thierschius: cuius signi unam partem Sami Telecles, alteram Ephesi Theodorus tanta arte elaboraverat, ut utraque pars componi sibi que adaptari posset. Athenagorae verba adversari putat Thierschius verbis Pausaniae X. 38, 8: Θεοδώρου μὲν οὐδὲν ἔτι οἶδα ἐξευρών, ὅσαυτα χαλκοῦ πεποιημένα. Sed Athenagoras opus tantum illud commemorare voluit, neque eius interfuit addere utrum suo adhuc tempore exstaret necne. Silligius (l. c. p. 440). P. Wesselingius (Probabil. c. 12. p. 96) inepte censuit expungendam coniunctionem καὶ legendumque Θεοδώρου Τηλεκλέους: id quod saltem meminisse sufficit.

25. Τεκταίου] Facillima emendatione (coll. n. 23) ex vulg. Ἰδεκταίου (Bodl. 1. 2 ἰδεκτέου) effecti Τεκταίου, qui artifex semper cum Angelione coniungitur apud veteres. Silligius (l. c. p. 48) Athenagoram erroris „illi aevo facile condonandi“ arguit, qui non solum Apollinem Delium sed Dianam quoque ab utroque illo artifice fabricatam refert: quod tamen valde dubitandum sit, quum neque Pausanias neque Plu-

Ἦρα καὶ ἐν Ἄργει ²⁶ Σμίλιδος χεῖρες, καὶ Φειδίου ²⁷ τὰ λοιπὰ εἰδωλα, ἢ Ἀφροδίτη ἐν Κνίδῳ ²⁸ ἑταῖρα Πραξιτέλους τέχνη, ὃ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς ²⁹ ἔργον Φειδίου. ³⁰ Συνελόντα φάναι, οὐδὲν αὐτῶν διαπέφευγεν τὸ μὴ ὑπ' ἀνθρώπου γεγονέναι. Εἰ τοίνυν θεοί, ³¹ τί οὐκ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς; ³² Τί δαί εἰσι νεώτεροι τῶν πεποιητότων; Τί δαί ἔδει ³³ αὐτοῖς πρὸς τὸ γέσθαι ἀνθρώπων καὶ τέχνης; ³⁴ Γῆ ταῦτα καὶ λίθοι καὶ ὕλη καὶ πε- C
ρίεργος τέχνη.

18. ¹ Ἐπεὶ τοίνυν φασὶ τινες ² εἰκόνας μὲν εἶναι ταύτας, θεοὺς δὲ ³ ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες, καὶ ⁴ τὰς προσόδους ἄς ταύταις

tarchus simile quid dicant. Sed legas verba Marani supra c. 14. n. 8 a me proposita. Pariter Iuno Argiva quam Smilis fecit, non nisi ab Athenagora commemoratur. — Arg. ἀγγελλίονος.

26. Σμίλιδος] Aet. Σμίλιτος. Cf. Sillig. l. c. p. 423. Vox χεῖρες de artificio dicta (Iacobs. Anthol. Pal. p. 871). Wesselingius l. c. dicit pro καὶ ἐν Ἄργει rescribendum ἢ καὶ ἐν Ἄργει, quae et Argis fuerat. Censet nimirum Athenagorae verba hic accipienda de Iuno nis signo, quod Argonautae in insulam Samum Argis asportarunt. Pausan. in Achaic. c. 4: τὸ δὲ ἱερὸν τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἦρας εἶσιν οὗ ἰδρῦσασθαι φασὶ τοὺς ἐν τῇ Ἄργοι πλέοντας, ἀπάγεσθαι δὲ αὐτοὺς τὸ ἄγαλμα ἐξ Ἄργους. Non mihi.

27. τὰ λοιπὰ εἰδωλα] Haec quia permulta erant non recenset. Cf. Sillig. l. c. p. 342 sqq. Sed psullo post Phidias denuo memoratur: ὃ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκλ. ἔ. Φειδίου. Huc fortasse illa verba καὶ Φ. τὰ λ. εἰδωλα pertinent, ubi saltem multo aptius collocata erant (cf. n. 4): nisi forte, ad ἔργον Φειδίου

apposita, ex margine irrepserunt (cf. supra n. 22). Aut altero loco aliud nomen pro Φειδίου reponendum; cf. quae infra n. 29 observavi. In Lub. verba τὰ λοιπὰ usque ad ἔργον Φειδίου exciderunt: causam omissionis cernis in repetita voce Φειδίου.

28. ἑταῖρα] Gesner. (ex Bon.) ἑτέρα. Sic etiam Mon. habet. De Venere Cnidia multi multa dixerunt. Ad Phrynes imaginem Praxitelem hoc simulacrum expressisse testatur Athenaeus XIII. p. 591 A. B. 585 F.: unde ipsam statuam ἑταῖραν dixisse Athenagoram putavit Silligius (l. c. p. 383). Cf. Arnob. adv. nation. VI. c. 13, ibique Oehler. p. 266. Quid? Fortasse ad contaminatam Venerem (Plin. XXXVI. c. 5. s. 4) respicit. Tatianus Orat. ad Gr. c. 34: Καὶ σπιλούμενον τι γυναικῶν Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Vide quae ibi n. 14 de his verbis disputavi.

29. ἔργον Φειδίου] Teste Pausania II. 27, 2 Thrasymedes, statuarius Parus, Aesculapium Epidaurium fabricavit, id quod ipsa inscriptione signo adiecta indicetur. Tu igitur conieccheris, tota natione li-

et Phidiae caetera simulacra, Venus Cnidia meretrix Praxite-
lis ars, Epidaurius Aesculapius opus Phidiae. Ut breviter
dicam, nullum est ex his simulacris quod dici possit factum
ab homine non fuisse. Si igitur dii, cur non erant ab initio?
Cur iis sunt recentiores a quibus facti sunt? Cur hominibus
et arte opus habebant ut fierent? Terra haec sunt et lapides
et materia et ars curiosa.

18. Iam vero quia dicunt nonnulli simulacra haec quidem
esse, deos autem esse quorum sunt simulacra, et supplica-

brariorum repugnante, pro Φειδίου
esse Θρασυμήδου refingendam. Cf.
n. 27.

30. Συνελόντα φάναι] Usita-
tius συνελόντι φ. (Justin. Dial. c.
Tr. c. 81). Et sic legendum censet
Nolte: *Zeitschr. f. d. ges. kath.
Theol.*, ed. I. Scheiner, T. VI (Vin-
dob. 1854) p. 459. Sed dicebant
quoque per accusativum, ut Stephani
Thesaur. gr. ling., ed. C. B. Hase,
Vol. VII (Par. 1854) p. 1189 docet.
Ergo noli mutare.

31. τί] Gesn., Mor., Duc., Re-
chenb. omiserunt, cum Bon.; Arg.
διὰ τί. Reliqui codd. msti (etiam
Petr.) et editi τί praebent: id quod
iam Stephan. legendum admonuit.

32. Τί δαί] Par. 2. Arg. Bodl.
1. 2 τί δέ. Paulo post iidem et Aet.
τί δὲ pro τί δαί.

33. αὐτοῖς] Par. 2. Bodl. 1. 2.
Lub. Aet. αὐτούς.

34. Γῆ etc.] Bodl. 1. 2. Aet.
λίθος pro λίθοι. Kpist. ad Diogn.
c. 2: Ἴδε . . . τίνος ὑποστάσεως
ἢ τίνος εἶδους τυγχάνουσιν οὓς
ἔραϊτε καὶ νομίζετε θεούς. Οὐχ ὁ
μὲν τις λίθος ἐστίν κτλ. Clem. Al.
Protrept. c. 4. §. 56: χρυσός ἐστι
τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος
ἐστὶ, γῆ ἐστίν, εἰάν ἄνωθεν νοή-

Corp. Apoll. Vol. VII.

σης, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου
προσλαβοῦσα. Arnob. l. c. VI. c.
14: „Simulacra ista quae vos ter-
rent quaeque templis in omnibus
prostrati atque humiles adoratis,
ossa, lapides, aera sunt“ etc.

1. Ἐπεὶ τοίνυν etc.] Arnobius
adv. nat. VI. c. 17: „Sed erras, in-
quit (gentilis), et laboris, nam neque
nos aera neque auri argentique mate-
rias . . . eas esse per se deos et religiosa
decernimus numina, sed eos in his
colimus eosque veneramur quos dedi-
catio infert sacra et fabrilibus efficit
inhabitare simulacris“ etc. Lactant.
Inst. div. II. c. 2. Etiam Celsus ap.
Orig. ridiculam ait esse Christiano-
rum sapientiam, si nihil aliud contra
gentiles docere velint quam lapidem,
lignum, aes ab hoc vel ille artifice
expolitum non esse deum.

2. εἰκόνας] Bodl. 1. 2. εἰκόνες.

3. ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες] Scil.
ἴδονται, quorum honori imagines
istae sunt dedicatae (Gesn.).

4. τὰς προσόδους] Πρ. pro
supplicationibus accipio, ut coniun-
xerit Athenagoras haec duo vocabula
προσόδους et θυσίας, ut a Demo-
sthene [18, 86 ed. Bekk.] coniungi
videmus, dicente: τῶ θυσίας τοῖς
θεοῖς καὶ προσόδους ὡς ἀγαθῶν

προσίαι και τὰς θυσίας ἐπ' ἐκείνους ἀναφέρεισθαι και εἰς ἐκεί-
 νους γίνεσθαι, μὴ εἶναι ⁵ τε ἕτερον τρόπον τοῖς θεοῖς ἢ τοῦτον
 προσελθεῖν (⁶ χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς), και τοῦ ταῦθ'
 οὔτως ⁷ ἔχειν τεκμήρια παρέχουσι ⁸ τὰς ἐνίων εἰδώλων ἐνεργείας,
 φέρε ἐξετάσωμεν τὴν ἐπὶ ⁹ τοῖς ὀνόμασι δύναμιν αὐτῶν. Διη-
 σομαι δὲ ὑμῶν, ¹⁰ μέγιστοι αὐτοκρατόρων, πρὸ τοῦ λόγου ἀλη- D
 θεῖς παρεχομένῳ τοὺς λογισμοὺς συγγνώμην· οὐ γὰρ προκείμενόν
¹¹ μοι ἐλέγχειν τὰ εἰδῶλα, ¹² ἀλλὰ ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς
 λογισμὸν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν παρέχω. ¹³ Ἐχοιτε ἀφ' ἑαυτῶν
 και τὴν ἐπουράνιον ¹⁴ βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ
 και υἱῷ πάντα κεχέρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσι (¹⁵ βα-

τούτων ὄντων ἡμᾶς πεποιῆσθαι.
 Stephanus. Isocrates 5, 32 ed. Bekk.
 προσόδοις και θυσίαις τιμᾶν θεούς.
 Plura exempla affert Pape Lex. gr.
 T. II. p. 731. In omnibus codd.
 mistis et editis est gravis error: ὡς
 τούτοις προσίαι pro ὡς ταύ-
 ταις προσίαι. Scriptor enim re-
 spectit ad εἰκόνας. Alias sermo sensu
 caret.

5. τε] Deest in Arg.

6. χαλεποὶ... ἐναργεῖς] Homer.
 II. XX. 131. Vox θεοὶ in Bodl. 1. 2.
 Clar. Act. desideratur.

7. ἔχειν] Mon. ἔχει. Lub. pro
 και τ. τ. οὔτε. ἔχειν habet και τοῦτ'
 αὐθ' οὔτως ἔχει.

8. τ. εἰ. εἰδώλων ἐνεργείας] De
 miraculis et prodigiis deorum et
 simulacrorum quorundam lucu-
 lentus est tractatus apud Lactant. II.
 c. 8 et August. De civit. VIII. c. 24.
 Langus.

9. τοῖς] Bodl. 1. 2 τῆν. Prae-
 positio ἐπὶ c. dat. saepe usurpatur
 ubi res addendo accedit ad aliquid:
 „das zu den Namen hinzukommendo
 (sich damit verknüpfende: ἢ apud
 nomina δύναμις) Wesen derselben.“

Δύναμιν de natura (Wesen) inter-
 pretor, ut c. 10. n. 16. Iam enim
 Athenagoras docet deos primitus non
 exstitisse neque φύσει esse sed crea-
 tos esse, poetis (c. 18) et philosophis
 (c. 19) consentientibus, ac proinde
 neutiquam colendos; quod etiam ex
 absurdis eorum figuris, prave factis
 (c. 20), cupiditatibus, amoribus
 (c. 21) evincit, quae frustra ad phy-
 siologiam revocentur (c. 22). Tum
 c. 23 ad quaestionem respondet:
 τίνοι οὖν τῷ λόγῳ ἔνια τῶν εἰδώ-
 λων ἐνεργεῖ, εἰ μὴ εἰσι θεοὶ ἐφ'
 οἷς ἰδρονόμεθα τὰ ἀγάλματα; Ge-
 nerus transtulit: „inquiramus quae-
 nam illorum qui dii nominantur vis
 et efficacia sit.“ Meranus: „inqui-
 ramus ecquid ex impositis nominibus
 habeant efficacitatis.“ Alii aliter.
 Arnobius l. c. VII. c. 2: „Qui (dii)
 si sunt, ut dicitis, usquam verique
 . . . eos esse consequitur sui consi-
 miles nominis, id est tales, . . . qua-
 lis dominus rerum est atque omni-
 potens ipse, quem . . . intelligimus
 verum, cum ad eius nominis acces-
 simus mentionem.“

10. μέγιστοι αὐτοκρ.] Bodl. 1

tiones quas simulacris adhibent et victimas ad deos referri et diis fieri, neque alium esse ad deos accedendi modum (*difficile enim est ut dii aperte videantur*), et quia argumenti loco, cur ita se res habeat, nonnullorum simulacrorum efficientias proferunt: age inquiramus in accedentem ad nomina potentiam eorum. Orabo autem vos, maximi imperatores, antequam disputationem hanc ingrediar, ut veris ratiocinationibus utenti ignoscatis; non enim mihi propositum est simulacra redarguere, sed quum accusationes dissolvam, instituti nostri rationem exhibeo. Possitis ex vobismetipsis etiam coeleste regnum investigare: quemadmodum enim vobis patri et filio omnia parent, qui coelitus regnum accepi-

2 ὃ μέγιστοι ἀντοκρατόρων. Lub. et Petr. μέγιστοι ἀντοκράτορες: quod praefert Suffridus ad κακοφωνίαν evitandam vocis ὁμῶν. Cf. c. 1. n. 3. Mox Aet. ἀληθῆς pro ἀληθεῖς et Arg. λόγους pro λογισμούς.

11. μοι] Deest in Bodl. 1. 2.

12. ἀλλὰ] Sic codd. msti. Ediffi ἀλλ'. Bodl. 1. 2. Mon. Aet. dein παρέχων. Sic Arg. quoque, ita tamen, ut illud ἀλλὰ praetermittat.

13. Ἐχοιτε] Optativus modus, sine ἄν, votum exprimit cui satisfieri potest. „Möget ihr im Stande sein zu erforschen.“ Gesner. coniecit ἔχετε vel ἔχοιτε ἄν legendum, Lindner. vero inepte ἵνα ἔχοιτε ἄν, deceptus a Suffr. Petro, qui ita reddidit ac si comma post παρέχω collocatum sit. Ἐφ' ἑαυτῶν: vosmetipsos intiendo (Gesner.), vestro exemplo (Lindn.). Par. 2 et Aet. ἐφ' ἑαυτῶν, Bodl. 1. 2 ἐφ' αὐτῶν. De sententia totius loci cf. Prolegg. c. VII.

14. βασιλείαν] Aet. βασιλείας. Addunt edili εὐληφόσι, exceptis

editionibus Dechair. Maran. Lindn. Erroris occasio videtur quod paullo post εὐληφόσι similiter post βασιλείαν legatur. Neque id agnoscunt Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. In Arg. verba ἐξετάζειν usque ad τὴν βασιλείαν exciderunt et super εὐληφόσι (Maran. εὐληφόσιν) positum est τες, ita ut legatur τὴν ἐπουρ. βασιλείαν εὐληφότες. Cf. n. 23.

15. βασιλέως . . . θεοῦ] Proverb. 21, 1. — Bodl. 1. 2. Aet. ὡς φησι. — Liqueet hunc locum ab Athenagora de praecipuo quodam in regum vita protegenda praesidio intelligi. Sic intellexit Themistius, orator profanus, qui in orat. 7 ait scriptum in literis Assyriorum: ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τῇ τοῦ θεοῦ καλάμῃ δορυφορεῖται, et in orat. 11: τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ καλάμῃ δορυφορεῖσθαι. Praesidium singulare significat et ipsa illa vox δορυφορεῖσθαι et adiuncta a Themistio explicatio, qui in primo loco manum reges custodientem, in altero ma-

πρόσωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς καὶ Χρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ²⁸ ὑπερμέγεθες ᾠόν, ὃ συμπληρούμενον ὑπὸ βίας τοῦ γεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐρδάγη· τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη, ²⁹ τὸ δὲ κατενεχθὲν γῆ. ³⁰ Προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος· Οὐρανὸς ³¹ δὲ Γῆ μυχθεὶς γεννᾷ θηλείας μὲν Κλωθῶ, Λάχεσιν, Ἄτροπον, ἄνδρας ³² δὲ ἑκατόγχειρας ³³ Κόττυν, Γύγην, Βριάρεων, καὶ Κύκλωπας Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ ³⁴ Ἄργον· οὓς καὶ δῆσας κατεταρτάρωσεν, ἐπισεισθαι ³⁵ αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθῶν. ³⁶ Διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε.

³⁷ Κούρους δ' οὐρανίωνας ἐγένετο πότνια Γαῖα,

praesens et futurum designarent.“ Sed Lobeckius l. c. praeunte G. Zoega (*Abhandlungen*, herausg. v. F. G. Welker. Gott. 1817. p. 239; coll. J. v. Hammer *Jahrb. d. Literat.* P. I, Vindob. 1818, p. 97 sq.) animadvertit verbis κεφαλὴν λέοντος e Damascio addendum καὶ ἄλλην ταύρου.

28. ὑπερμέγεθες ᾠόν] Haec frustra quaesieris in versibus sub falso Orphei nomine exstantibus; sed Athenagorae testimonium confirmat Plutarchus, qui de Orpheo sic loquitur *Sympos.* II. p. 636: οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ᾠόν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβῶν ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἀπάντων ὁμοῦ πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι. Non modo gallinā ovum antiquius facit, sed omnem ei omnium prorsus rerum originis principatum attribuit. Recenset deinde Plutarchus ad firmandam Orphei opinionem animalia, quae ex ovis nasci constat, et idcirco ovum in Bacchi mysteriis, ut imaginem illius qui omnia genuit et in seipso continet, non absurde consecratum fuisse dicit. Eodem

fere ac Orpheus modo Phoenices, teste apud Eusebium Sanchuniatone *Praep. ev.* I. c. 10, omnium rerum originem ex limo ac deinde ex ovo quodam repetebant. Aegyptii autem, ut testatur Porphyrius apud eundem Eusebium l. c. III. c. 11, mundi opificem deum, quem Cneph appellabant, ex ore suo ovum fingebant emisisse, quo ex ovo alium deum genitum esse, apud ipsos Phtha, apud Graecos Vulcanum nomine, illudque ovum interpretabantur mundum. Quod ad limum spectat, iidem Aegyptii, teste Iamblich. *De myster.* s. 7. c. 11, dicebant eum esse elementorum et omnium in elementis potestatum causam principem instar fundamenti subiectam, τῶν στοιχείων καὶ τῶν περὶ τοῖς στοιχείοις δυνάμεων πασῶν ἀρχηγὸν αἴτιον ἐν πυθμένος λόγῳ προουποκείμενον. *Maranus.*

29. τὸ δὲ κατεν.] Arg. *Lub. Petr. Bodl.* 1. Mon. τὸ δὲ κάτω κατενεχθὲν.

30. Προῆλθε κτλ.] De theogonia Orphica cf. G. Bernhardt *Grundriss d. gr. Liter.* T. II (Hal. 1845)

cui nomen Hercules et Chronus. Hic Hercules genuit ovum immensae magnitudinis, quod, quum esset plenum, vehementius a genitore attritum in duas partes disruptum est; quod superius in eo fuit coeli formam accepit, quod autem depressum terrae. Prodiit vero etiam dea Terra corpore instructa; Coelus autem dum Terrae miscetur gignit feminas quidem Clotho, Lachesin, Atropon, mares autem centimanos Cottyn, Gygen, Briareum, et Cyclopes Bronten et Steropen et Argum: quos etiam constrictos in tartara detrusit, quum se regno a filiis pollendum didicisset. Quapropter etiam irata Terra Titanes peperit.

Filios autem coelestes genuit veneranda Tellus,

p. 283. — In Arg. inter γῆ et δια σώματος desunt verba προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ, propter repetitionem eiusdem vocabuli.

31. δὲ] Par. 2 δὲ θεός. Arg. μίγξις pro μίχθεις. In Act. μὲν post θῆλ. deest. — Hesiodus in Theogonia Parcas Noctis, non Terrae filias asserit, in caeteris cum Orpheo consentit.

32. δὲ] Par. 2. Lub. Bodl. 1. Act. τε.

33. Κόττυν] Sic codd. msti (Act. κόττυν), Gesn. Rechenb. Dech. Sed Mor. et Lindn. fecerunt Κόττην, Duc. Κόπτην. Hesiodus Theog. 149 et Apollod. l. c. 1 vocant Κόττυον. Id fortasse et nostro loco reponendum est. — Gesn. et Rechenb. Γύνην (Arg. Bodl. 1. 2. Mon. [is in marg. γύγην] Act. Bon.) pro Γύγην (caett. codd.).

34. Ἄργον] Ita codd. msti et editi. Hesiodus l. c. 140 nominat Ἄργην, id quod fortasse et spud Athenagoram legeris.

35. αὐτόν] Sic codd. msti. Gesn. Rechenb. Dech. αὐτόν. Cf.

c. 2. n. 9. Mox Par. 2. Bodl. 1. 2. Act. transpositis verbis μαθῶν τῆς ἄρχης.

36. Διὸ . . . ἐγένν.] Observat Suffr. Petrus Titanes ab Athenagora confundi cum Gigantibus, quos sola Terra genuit, quum illi ex Coelo et Terra orti fuerint, id quod ex dictis Orphei pateat qui appellat eos κούρους οὐρανίωνας. Eadem occurrit confusio apud alios, quos Lobeckius l. c. p. 584 notavit.

37. Κούρους . . . ἀστρόεντα] Hos versus inter ἀποσπασμάτια Orphei repetiit Godofr. Hermannus: Orphic. (Lips. 1805) P. II. p. 468. — Pro Τιτῆνας est in Bodl. 1. 2. Τιτᾶνες. Non καλέουσιν Bodl. 1 sed καλέσουσιν. Verba οὐνεκα τι σάσθην μέγαν Stephano debentur, qui textui editionis Gesnerianae inseruit. Codd. msti fluctuant. Veram lectionem Par. 1. 2. Ottob. 1. 2. Arg. Mon. indicant: οὐνεκα τι (Arg. οὐνεκα τι, Mon. οὐνεκά τι) τιμωρήσωσιν (Arg. τιμωρήσουσι) ἢ τιμήσωσιν (Arg. τιμήσουσι, Mon. τιμήσωσι) σάσθην (Arg. σάσθην,

Οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπικλήσιν καλέουσιν,
 Οὕνεκα τισάσθην μέγαν Οὐρανὸν ἀστερόεντα.

19. Αὕτη ἀρχὴ γενέσεως περὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεοὺς τε καὶ ¹τὸ πᾶν. Τί ἐκεῖνο τοίνυν; Ἐκαστον γὰρ τῶν τεθεολογη- D μένων ὡς τὴν ἀρχὴν ὄν νοεῖται. Εἰ γὰρ γεγόνασιν οὐκ ²ὄντες, ὡς οἱ περὶ αὐτῶν θεολογοῦντες λέγουσιν, οὐκ εἰσίν. Ἡ γὰρ ³ἀγένητόν τι καὶ ἴστιν ἀίδιον, ἢ γενητόν καὶ φθατόν ἴστι. Καὶ οὐκ ἐγὼ ⁴μὲν οὕτως, ἐτέρως δὲ οἱ φιλόσοφοι. ⁵Τί τὸ ὄν αἰεὶ, γένεσιν τε οὐκ ἔχον, ἢ τί τὸ γενόμενον μὲν, ὄν δὲ οὐδέποτε; Περὶ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ διαλεγόμενος ὁ Πλάτων τὸ μὲν αἰεὶ ὄν, τὸ νοητόν, ⁶ἀγένητον εἶναι διδάσκει, τὸ δὲ οὐκ ὄν,

Mon. σασθην punctis supra α positis) μέγαν. Sirl. οὕνεκα τιμωρήσασιν ἢ τιμήσασιν σάσθην μέγαν. Unde Stephanus elegit τισάσθην. Lub. (et Petr.?) οὕνεκα τι τιμωρήσασιν ἢ τιμήσασιν μέγαν, ita tamen, ut a seriori manu τι et ἢ τιμήσασιν punctis rubris subnotatum sit legendumque οὕνεκα τιμωρήσασιν μέγαν (licet metrum repugnet): quae lectio deprehenditur in Clar. (et Bon.?). Simili modo Bodl. 1. 2 οὕνεκα τι τιμωρήσασιν μέγαν. Aet. οὕνεκα τι τιμωρήσωμεν. Stephanus: „Illa duo verba τιμωρήσασιν et τιμησάσθην, pro scholio adscripta margini, in contextum ab imperito librario translata sunt. Sic apud Diogenem Laertium in Empedoclis versu, quem cum aliis citat in eius vita p. 432 Germ., in eadem voce est error, et qui ex eodem fonte manavit. Legitur enim illic Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμημένος, ὄσπερ ἔοικα: quum legi debere τετιμένος satis ostendat metri ratio. Sed nimirum τετιμημένος erat explicatio τοῦ τετιμένος (siquidem τίειν hic est τιμᾶν), quae in locum

eius vocabuli quod exponebat irrepserit. At in versu isto quem citat Athenagoras τίειν significat τιμωρεῖν, non τιμᾶν, adeo ut ex duabus illis explicationibus quas dixi vera sit una, falsa altera.“

1. τὸ πᾶν. Τί ἐκεῖνο τοίνυν; Ἐκ. etc.] In Bodl. 1. 2. Clar. Aet. verba ἐκεῖνο usque ad ὡς τὴν ἀρχὴν omissa sunt; in Par. 2 tamquam expungenda notantur. Caeteri codd. msti τῷ παντί (sic, c. acc. acuto et sine interp.) ἐκεῖνο (Arg. ἐκείνω, sine ι subscr.) τοίνυν· Ἐκαστον etc. Ita etiam editi, nisi quod punctum habent post vocem παντί. Locum iam Dechairius sanavit. Ex πᾶν τί facile fieri potuit παντί, ut hac mutatione admissa ex τὸ efficeretur τῷ, „siquidem syntaxi laboranti medicinam facere non raro scribae conati fuerint.“ Pronomen ἐκεῖνο spectat ad id quod c. 18 de theogonia exposuit. Τὰ τεθεολογημένα sunt numina quibus divinitas tribuitur. Cf. c. 10. n. 18. Quod sequitur, ὄν νοεῖται, Maranus suspicatus est legendum pro vulg. ὄν (Bodl. 1. 2.

*Quos et Titanes cognomine vocant,
Propterea quod ulti sunt Coelum stelligerum.*

19. Hoc principium originis fuit et deorum quos existimant et universi mundi. Quid illud igitur sibi vult? Unumquodque enim eorum quibus divinitas tribuitur ab initio esse intelligitur. Nam si quum non essent facti sunt, ut iis placet qui de diis disputant, non sunt. Nam aut infectum quid et aeternum est, aut factum et corruptioni obnoxium est. Neque hoc secas mihi atque philosophis videtur. *Quid est id quod semper existit, et originem non habet, aut quid id quod factum quidem est, nunquam autem existit?* Plato, de eo quod mente ac de eo quod sensu percipitur disserens, id quidem quod semper est, quod mente percipitur, infectum esse docet, id autem quod non est, quod sensu percipitur,

Aet. ὄν) εἶναι. Reicienda est coniectatio Gesneri: τῷ παντί. ἕκαστον δὲ τῶν γεγεννημένων, ὡς τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄν, φασί. ἕκαστο τούτων συνεπίον. εἰ γὰρ γεγόνασιν etc. Improbanda prorsus Suffr. Petri interpretatio lectionis vulgatae, a Rechenbergio et Lindnero accepta: „Hoc principium est eorum diis et universo mundo. Illud igitur scil. consequitur quod nos adstruimus, videlicet eos non esse deos. [Lindn. et interpr. Camp. „ἕκαστο τούτων scil. συνεπίον s. συνέπασθε.“] Tum cum εἶναι subaudias εἶδει [Lindn. δεῖ], h. e. unumquodque enim numen eorum, de quibus illi disceptant, ita esse debebat, ut id quod ab initio (seu semper) fuit.“ Equidem Marani coniecturam textui inserui. Tu, sententia non mutata, scripseris fortasse ὄν δεῖ εἶναι h. e. ita esse debet ut quod ab initio fuerit, ab initio (aeternum) debet esse.

2. ὄντες] Aet. ὄντος.

3. ἀγέννητον . . . γεννητόν] Sic reposui ex Arg. pro vulg. ἀγέννη-

τον . . . γεννητόν. Illa lectio firmatur Platonis loco: ἀγέννητον = γένεσιν οὐκ ἔχον (originem non habens, nicht geworden), γεννητόν = γενόμενον. Cf. c. 4. n. 10. Particula καὶ ante φθαρόν in Par. 2 et Mon. et in editt. Mor. Duc. Mar. deest.

4. μὲν] Desideratur ap. Morell. Duc. Maran.

5. Τί . . . οὐδέποτε] Plat. Tim. p. 27 D (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 301). Cf. Justin. Cohort. ad Gent. c. 22. n. 3. Inepte Lindner. interpunxit: φιλόσοφοι, τί . . . οὐδέποτε· περὶ κτλ. — Plato: ὄν μὲν αἰεί, γένεσιν δὲ. Pro ἔχον Bodl. 2 ἔχον. Pl. non γενόμενον sed γιγνόμενον. Voculam μὲν post γενόμε. Arg. et Bodl. 2 praetermiserunt. Lub. ὄν (sic) δὲ.

6. ἀγέννητον] Sic epe Arg. reposui pro vulg. ἀγέννητον, quod hoc loco male se habet. Cf. n. 3. Mox codd. msti et editi γεννητόν. Solus Maranus perperam mutavit in γεννητόν.

τὸ αἰσθητὸν, γνητὸν, ἀρχόμενον εἶναι καὶ ἑκατόμηνον. Τούτῳ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς τῷ λόγῳ ἑκτερωθήσεσθαι τὰ πάντα καὶ 19 κάλιν ἔσεσθαι φασιν, ἑτέραν ἀρχὴν τοῦ κόσμου ἑλαβόντες. Εἰ δέ, καίτοι διεσοῦ αἰτίου κατ' 10 αὐτοὺς ὄντος, τοῦ μὲν δραστηρίου 11 καὶ καταρχομένου, καθὸ ἡ πρόνοια, τοῦ δὲ πάσχοντος καὶ 12 τρεπομένου, καθὸ ἡ ὕλη, ἀδύνατον 13 δὲ ἔστι καὶ προνοούμενον ἐπὶ ταύτῳ μείναι τὸν κόσμον γινόμενον, πῶς ἢ τούτων 14 μένει-σύστασις, οὐ φύσει ὄντων ἀλλὰ γενομένων; Τί δὲ τῆς ὕλης κρείττους οἱ θεοί, τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος ἔχοντες; 15 Ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ὕδωρ τοῖς πᾶσιν ἀρχή. Ἐκ τῶν ἀπλῶν καὶ μονοειδῶν τί ἂν συστήναι 16 στοιχείων δύναται; B 17 Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὕλης τεχνίτου καὶ ὕλης τῷ τεχνίτῳ. 18 Ἡ πῶς ἂν γένοιτο τὰ ἐκτυπώματα χωρὶς τῆς ὕλης ἢ τοῦ τεχνίτου; Οὔτε πρεσβυτέραν λόγον ἔχει εἶναι τὴν ὕλην τοῦ θεοῦ· τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχει τῶν 19 γινομένων ἀνάγκη.

20. Εἰ μὲν οὖν μέχρι 1 τοῦ φῆσαι γεγονέναι τοὺς θεοὺς καὶ ἐξ ὕδατος τὴν σύστασιν ἔχειν τὸ ἀπίθανον ἢν αὐτοῖς τῆς θεολογίας, ἐπιδεικτικῶς ὅτι οὐδὲν γνητὸν ὃ οὐ καὶ 2 διαλυτὸν, ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἂν παρεγενόμην τῶν ἐγκλημάτων. 3 Ἐπεὶ δὲ τοῦτο

7. κατόμηνον] Bodl. 2 καιό-
μενον.

8. ἑκτερωθῆσθαι] Justin. Apol. I. c. 20. n. 2. Apol. II. c. 7. n. 4, Tatian. Or. ad Gr. c. 6. n. 1, Minuc. Fel. Octav. c. 34. §. 2.

9. λαβόντες] Bodl. 1. 2. Mon. Aet. λαβόντες.

10. αὐτοὺς] Bodl. 1 αὐτοῦς. Mox τὸ μὲν Aet. pro τοῦ μὲν.

11. καὶ] Deest in Arg. Infra: τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχει τῶν γινομένων ἀνάγκη.

12. τρεπομένου] Morell. et Duc. τρεπομένου.

13. δέ] Non πλεονάζει: respondet praecedenti καίτοι. Sine ratione censent Dechair. et Lindner.

δὲ expungendum. Bodl. 2 δὲ ἔστιν. Bodl. 1 δ' ἔστιν. Part. καὶ ante προνοούμενον deest in Bodl. 2.

14. μένει] Excidit in edit. Morell. et Duc. Pro σύστασις Par. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. στάσις. Τούτων, deorum. „Qui non suapte natura (φύσει) existunt“ i. e. qui non sunt entia necessaria et ab aeterno existentia. Bodl. 1 et Aet. ὄντος, non ὄντων. Bodl. 1. 2 γινομένων pro γενομένων.

15. Ἀλλ' οὐδὲ] Gesner. et Suffr. Petrus, quibuscum ut assolet Rechenbergius facit, malunt τόγα γὰρ: haec enim aqua secundum ipsos (philosophos) cunctis rebus principium est. Tu cave tibi a mutatione.

factum declarat, quippe quum esse incipiat et desinat. Hac etiam ratione Stoici omnia conflagratura et iterum futura dicunt, mundo aliud initium accipiente. Quodsi, quamquam duae apud eos vigent causae, quarum altera efficiens et principalis est, id est providentia, altera patiens et mutabilis, id est materia, fieri tamen non potest ut mundus, quia creatus est, eodem in statu, etiam providentiâ gubernatus, maneat: quomodo istorum constitutio manet, qui non natura existunt sed facti sunt? Quid autem materia praestant dii, qui ex aqua constituti sunt? Sed ut isti existimant neque aqua omnium est principium. Ex simplicibus et uniusmodi elementis quid possit constitui? Opus autem est et materiae artifex et artificis materia. Aut quomodo formae exprimi possint sine materia aut artifice? Neque etiam rationi consentaneum est ut materia antiquior sit deo; necesse est enim ut causa efficiens prius quam ea quae fiunt existat.

20. Si absurda eorum theologia his finibus contineretur ut deos factos et ex aqua constitutos dicerent, quum demonstraverim nihil factum esse quod non sit dissolutioni obnoxium, ad eas quae supersunt criminationes progrederer. Sed

Verba Ἐκ τῆ ἀπλῶν κτλ. rationem reddunt. Lindner. cum ἀρχῇ subaudit μόνη.

16. στοιχείων δ.] Arg. στοιχείων δύνατο, id quod in δύναται mutatum est.

17. Δεῖ ... τεχνίτη] Cf. c. 10. n. 12. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. verba καὶ ὅλης et quae in eadem sententiam dicta consequuntur usque ad οὔτε πρεσβυτέρων omittunt.

18. Ἡ] Aut, si illud non sit verum, quomodo etc. Interpretes: quomodo enim etc. Arg. ἂν γίνονται.

19. γινομένων] Sic ex Par. 1

et Arg. reposui pro vulg. γινομένων. Cf. c. 6. n. 19:

1. τοῦ] Lub. ποῦ.

2. διαλυτόν] Bodl. 1. 2 ἀδιάλυτον. Paullo ante ex vulg. γεννητόν effecti γενητόν (Arg.), praesertim quum praecesserit γεγονέναι τοῦς θεοῦς et infra eorum γένεσις (non dicit γέννησις) memoretur. Cf. c. 4. n. 10. Mox pro ἂν Bodl. 1 et Aet. ἂ et pro παρεγενόμην Par. 2 et Arg. παραγενολίμην. Caeterae criminationes in Christianos sunt Oedipodei concubitus (c. 32) et Thyesteae coenae (c. 35).

3. Ἐπεὶ δὲ κτλ.] Prolixissima

μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα· τὸν μὲν Ἡρακλέα ὅτι ⁴ θεὸς C δράκων ἐλικτός, τοὺς δὲ ⁵ ἑκατόγχειρας εἰπόντες, καὶ τὴν ⁶ θυγατέρα τοῦ Διός, ⁷ ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοποίησατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἶπον ἔχειν ὀφθαλμοὺς καὶ ἐπὶ ⁸ τῷ μετώπῳ δύο καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου μέρος, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα, διὸ καὶ τὴν Ῥεαν φοβηθεῖσαν ⁹ τὸ τῆς παιδὸς τέρας φυγεῖν, οὐκ ἐφείσαν αὐτῇ τὴν θηλήν, ¹⁰ ἐν-

haec periodus: Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα... τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα ἐπ' ἀκριβῆς αὐτοῖς ὡς οἴονται διεξελήλυθασιν... ἀνάγκη καὶν τοσοῦτον εἰπεῖν: parentheses duas magnas continens, priorem de absurdis deorum formis, alteram de malis eorum facinoribus. Respicit Athenagoras ad τοὺς θεολογοῦντας (c. 19) qui ista exposuerint. Liberius hunc locum Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 548 citavit.

4. θεὸς δράκων ἐλ.] Haec quoque ex Aegyptiorum hausta fontibus. Hercules enim, ut paullo ante dicebat Athenagoras [c. 18: ex Orpheo], opifex est mundi, cuius ex ore ovum emissum est. At mundi opificem Aegyptii sub serpentis specie effingebant. „Hoc animal Phoenices“, inquit Philo Biblius apud Eusebium Praep. ev. I. [c. 10], „bonum daemonem appellant, Aegyptii vero Cneph.“ Cneph autem nomen est mundi opificis apud Aegyptios, ut modo [c. 18. n. 28] observavimus ex Porphyrii testimonio. Maranus. Cf. Heinichen ad Eus. I. c. T. I. p. 49. n. 82 sq.

5. ἑκατόγχειρας] Sic et supra c. 18. Lobeck. I. c. Ἐκατόνχειρας.

6. θυγατέρα τ. Διός] H. e. Proserpinam, quae et Κόρη et Ἀθηλαῖ vocatur.

7. ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοκ.] Codd. msti et editi: ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος (ἢ Δημήτορος in Bodl. 1. 2. Act. omisum) τὸν (Maran. τὸν omisit ope Clar.; Linda. τῆς) αὐτῆς ἐπαιδοκ. Eadem ratione, ut supra in textu, locum corruptum emendarunt Suffr. Petrus et Lobeckius, nisi quod ille etiam pronomen αὐτῆς („quam ille ex matre Rheae seu Cerere sustulit“) et hic vocem μητρὸς exprunxit (ἣν ἐκ τῆς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοκ.). Quid? Nescio an scriptum fuerit nonnisi hocce: ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἐπαιδοκ. Fortasse enim doctus lector, Rheam et Cererem confundens, ad marginem vel supra lineam scripsit καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος τῆς αὐτῆς, quod quidem postea in textum irrepsit. Talia interpolamenta alibi quoque deprehenduntur: exempla notavi c. 14. n. 10. Iam addo ineptas caeterorum editorum coniectationes. Putaverunt legendum Gesner. et Rechenb.: ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας, ἢ Δήμητρος, ἢ Δημήτορος τῆς αὐτῆς (redd.: eandem enim faciunt) ἐπαιδ. Stephan.: ἣν ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης ἐπαιδ. (c. 32). Fell.: ἣν ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος τῆς Κόρης ἐπαιδ.

quum partim eorum corpora descripserint: velut dum Herculem quidem deum draconem volubilem esse, alios autem centimanos dixerunt, et dum filiam Iovis, quam is ex ipsa matre Rhea sive Cerere suscepit, duobus quidem secundum naturam oculis et duobus in fronte et belluina facie in posteriore colli parte, praeterea vero cornibus instructam esse dixerunt, quare Rheam hoc puellae monstro exterritam fugisse, non praebentem ei papillam, unde mystice qui-

(deceptus a Stephano ait: „Rhea enim filia Corae infra [c. 32] dicitur“?!). Dechair.: ἦν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας ἢ Δήμητρος τῆς αὐτῆς (eandem enim faciunt) ἐπαιδοκ. Quodsi Athenagoras revera Ῥέας ἢ Δήμητρος scripsit, utramque commutavit deam. „Etenim Rhea atque Ceres, quamquam altera mater erat, altera filia, tamen tam multa inter se communia habuerunt ut Graeci, parva curare nescii, duabus matronis, praesertim peregrinis, modo hoc modo illud nomen communicarent; quo exemplo Euripides in illustri carmine Hel. 1304 Cereris de rapta filia moerorem et placationem sic enarrat, ut huic deae non solum nomen μήτηρ ὄρεϊα, quod Cybelae proprium est, sed etiam crepitacula bacchica et leones vectores tribuat.“ Lobeck. l. c. T. II. p. 1225; coll. Pauly Real-Encyclop. d. klass. Alterthumswiss. T. VI (Stuttg. 1852) p. 402. — Paulo post convenientius pro εἶπον dictum fuisset εὐπόντες.

8. τῶ μετώπῳ] Bodl. 1. 2. Aet. τῶν μετώπων. Suffr. Petrus translit: „duos loco naturali duosque in vertice [ἐπὶ τῶ μετώπῳ] oculos habere dixerunt, et frontem [προτομήν] ad posteriorem colli partem.“ Gesn. (et Maran.): „... et insuper duos in fronte [δ. τ. μετώπῳ] et rostrum quoddam [προτομήν] in posteriore colli parte.“ Lindner.: „προτομήν vertunt rostrum, nescio qua causa adducti. Suidas [Poll. I. 189. II. 47]: προτομή ἐπὶ ζώων ἀλόγων οὕτω λέγεται ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων πρόσωπον. Ergo cervice fuit belluina eminentibus in fronte cornibus.“

9. τὸ τῆς] Prior vocula deest in Aet., altera ap. Maran. errore. Bodl. 1. 2. Aet. οὐκ ἐφεῖσαν τὴν θηλὴν αὐτῆ.

10. ἐνθεν μ. μὲν Ἀθηλαῖ] Cf. c. 17. n. 22. Verba Ἀθηλαῖ usque ad ἡ αὐτῆ οὕσα desunt in Bodl. 2. „Caeterum“, ait Lindnerus, „novum est quod Φερσεφόνην dicit, non Περσεφόνην.“ Id valde imperiti commentatoris est. Occurrit illa forma saepe in Pseudo-Orphei Hymnis et Argonaut., apud Pindarum, in Anthologia (cf. Stephan. Thes. gr. ling., ed. C. B. Hase, Vol. VI. p. 1000), apud Apollon. Rhod. II. 916, Plutarch. De Isid. et Osir. c. 66 et De genio Socr. c. 22, Porphyr. De abstin. IV. c. 16. p. 352, alios. Cf. Etymolog. Magn. p. 790 (Stephan. l. c. Vol. VIII. p. 712). Inde etiam Φερσεφόνηα (Hesych.) et Φερσεφόαττα (Tatian. Or. ad Gr. c. 10, Thom. Mag.) dicitur.

θεν μυστικῶς μὲν Ἀθηλαῖ κοινῶς δὲ Φερσιφόνῃ καὶ Κόρῃ πέκληται, οὐχ ἢ αὐτὴ οὖσα τῇ Ἀθηνᾷ τῇ ἀπὸ τῆς ¹¹ κόρης λεγομένη· τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα ¹² ἐπ' ἀκριβῆς αὐτοῖς ὡς οἴονται διεξηλεύθασιν· Κρόνος μὲν ὡς ἐξέτεμε τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς καὶ κατέρριψεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἄρματος καὶ ὡς ¹³ ἐτεκνοκτόνει κατὰ πίνων τῶν παίδων τοὺς ἄρσενας, Ζεὺς δὲ ὅτι τὸν μὲν πατέρα δῆσας κατεταρτάρωσε, καθὰ καὶ τοὺς υἱεῖς ¹⁴ ὁ Οὐρανός, καὶ πρὸς Τιτᾶνας περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησε, καὶ ὅτι τὴν μητέρα Ῥέαν ¹⁵ ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε, δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν συνδήσας ²⁰ αὐτὴν τῷ καλουμένῳ ¹⁶ Ἑρακλειωτικῷ ἄμματι ἐμίγη, τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ¹⁷ ἢ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος, εἶθ' ὅτι ¹⁸ Φερσιφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη βιασάμενος ¹⁹ καὶ ταύτην ἐν δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς καὶς Διόνυσος αὐτῷ· ²⁰ ἀνάγκη κἄν τοσοῦτον εἰπεῖν· ²¹ Τί τὸ σεμνὸν ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύτης ἱστορίας,

11. κόρης] Par. 2 ἀκόρης, at in marg. secundâ manu κόρης. Pro λεγομένη Par. 2 γενομένη. Bodl. 1. 2. Clar. Act. γενομένης. Inde Lobeck. l. c. T. I. p. 548 legit: τῇ ἀπὸ τῆς κόρης γενομένη. Male. Minerva a pupilla (κόρη) cognominata est, quam glaucam eam habuisse testatur epitheton γλαυκῶπις Ἀθήνη. Cf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. 234 (ed. Ernest. T. II. p. 336 sq.), qui de Minervae epitheto Κορίης disserit.

12. ἐπ' ἀκριβῆς αὐτοῖς] Mallem αὐτοῖς ἐπ' ἀκριβῆς. Dechait. Refert enim V. D. ἐπ' ἀκριβῆς ad διεξηλεύθασιν, non ad πραχθέντα. Tatian. l. c. c. 38 (n. 1): αἱ ἐπ' ἀκριβῆς χρόνων ἀναγραφαί. Pro οἴονται Arg. οἴον τε.

13. ἐτεκνοκτ.] Arg. ἐτεκνογόνει. Mox Lobeck. ἄρσενας pro ἄρσενας, quae est forma veteribus Atticis usitata.

14. ὁ] Deest in Arg. Lobeck. ὁ Οὐρανός omisit.

15. ἀπαγορεύουσαν] Bodl. 1. 2. Act. ἀπαγορεύουσιν.

16. Ἑρακλ. ἄμματι] Hercules nodus pro vinculo arctissimo, non tamen indissolubili. Festus enim Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, ut nova nupta laneo cingulo praecingeretur, vincto nodo Herculis, quem vir ominis gratia solvebat. Ergo solabilis fuerit necesse est. Lindner.

17. ἢ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος] Scholion in marg. Par. 1 (manu primâ) et 2 (manu secundâ): Τὸ κηρύκιον [Par. 2 κηρύκειον] λέγει· καὶ γὰρ αὐτὸ ῥάβδος ἦν, Ἑρμοῦ σύμβολον, ὃ καὶ οἱ κήρυκες [Par. 2 φ̄ καὶ κήρυκες pro ὃ κ. οἱ κ.] ἐπιφερόμενοι ὠδενον μετ' ἀσφαλείας πρὸς οὐς ἐχρῆν πρεσβεύειν. Ῥάβδος οὖν ἦν τὸ κηρύκιον [Par. 2 κηρύκειον], ἐν ᾗ δράκοντες ἦσαν

dem Athela vulgo autem Proserpina et Core dicitur, non eadem ac Minerva quae a pupilla appellatur; quumque partim eorum praeclare ut ipsi existimant gesta persecuti sint: velut Saturnus quidem ut verenda patris exsecuerit eumquem curru deiecerit et parricidio se obstrinxerit mares filios devorans, Iuppiter autem ut patrem constrictum in tartara detruserit, quemadmodum filios quoque suos Coelus, et bellum cum Titanibus de imperio gesserit, et matrem Rheam concubitum eius respuentem persecutus sit, eaque in dracaenam conversâ ipse in draconem mutatus, nodo eam ut vocant Herculeo constringens, cum ea coierit, cuius concubitus imaginem virga Mercurii designat, deinde vero ut cum filia Proserpina coierit, ex qua filium Dionysum suscepit, quum huic quoque in draconis forma vim intulisset: — idcirco, quum hæc ita se habeant, necesse est ut hoc saltem dicam: Quid honesti aut

ἐντετυπωμένοι, ἀντιπλεκόμενοι ἀλλήλοις καὶ ἀντιπρόσωποι, ὑπόμνημα τῆς αἰσχρᾶς ταύτης μίξεως. — Act. σύμβολος pro σύμβολον. Bodl. 1. 2. Act. ἡ ante τοῦ omisere. Act. Ἐρμούος.

18. Φερσ.] In Arg. supra φ scriptum est π. Cf. supra n. 10. Tatian. l. c. c. 8: Ζεὺς καὶ Θυγατρὶ συγγίνεται. Vide quae ibi (n. 17) notavi. Dionysus vulgo filius Semeles dicitur, sed idem ab Orpheo (Hymn. 29 in Dionysum) Iovis et Proserpinae filius praedicatur.

19. καὶ] Bodl. 1. 2 τὴν.

20. ἀνάγκη κ. τ. εἰπεῖν] Par. 2. Bodl. 1. 2 καὶ τοῦτον εἰπεῖν ἀνάγκη. Inde Lindner. edidit καὶ τοσοῦτον εἰπεῖν ἀνάγκη, ita reddens: *et si tanta ac talia dicere necesse est, quid etc.* Verum enimvero apodesin incipiunt verba ἀνάγκη καὶ κατ. Illud καὶ elliptice dictum est: καὶ ἐὰν τοσοῦτον (c. 12. n.

17) ἡ. Exempla collegi ad Iustin. Apol. l. c. 26. n. 32.

21. Τί τὸ σεμν. ἢ χρ.] Bodl. 1. 2 τί σεμνὸν ἢ τί χρηστὸν. Bodl. 2 τῆς τοσαύτης. Tum Bodl. 1. 2 θεοῖς pro θεοῦς. Haec interrogatio spectat ad alterum quod perstrinxit: τοῦτο δὲ τὰ πραχθέντα ... διεξελήλυθασι. Sequens interrogatio, *Μὴ διαθέσεις τῶν σωμάτων*, respicit ad prius illud: τοῦτο μὲν διαθεσείασιν αὐτῶν τὰ σώματα. Cf. n. 3. Utrumque, et formas et facta deorum, vituperavit Plinius Hist. nat. II. c. 7: „Matrimonia quidem inter deos credi tantoque aevo ex his neminem nasci, et alios esse grandaevos semperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, et alternis diebus viventes morientesque, puerilium prope deliramentorum est; sed super omnem impudentiam adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia et odia,

ἵνα πιστεύσωμεν θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιπούς; ²² Αἱ διαθέσεις τῶν σαρμάτων; Καὶ τίς ἔν ²³ ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν θεωρίᾳ γεγονώς ὑπὸ ²⁴ θεοῦ γεννη- B
θῆναι πιστεύσαι ἔχιδναν (Ὀρφεύς·

²⁵ Ἄν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν
Νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
Ἴης χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς καλὸν τε πρόσωπον
Ἦν ἰσιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
Αὐχένος ἐξ ἄκρου.)

ἢ αὐτὸν τὸν Φάνητα δέξαιτο, ²⁶ θεὸν ὄντα πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν ²⁷ ὁ ἐκ τοῦ ὠοῦ προχυθείς), ἢ σῶμα ἢ σχῆμα ἔχειν δράκοντος, ἢ ²⁸ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διός, ὅπως ὁ Ζεὺς ²⁹ ἀχώρητος γένοιτο; Εἰ γὰρ μηδὲν διενηνόχασι τῶν φαυλοτάτων C
θηρίων (δῆλον γὰρ ὅτι ὑποδιαλλάσσειν δεῖ τῶν γηίνων ³⁰ καὶ

atque etiam furtorum esse et sce-
rum numina.“ Formas deorum gen-
tilium irriserunt Tertullian. Ad na-
tion. I. c. 14. Apolog. c. 16, Minuc.
Fel. Octav. c. 21, Arnob. adv. nat.
III. c. 12 sqq., coll. Porphyg. ap.
Euseb. Praep. ev. III. c. 2.

22. Αἱ διαθέσεις τ. σ.;] Inter-
rogatio est cum indignatione. Lub.
et Petr. τίνες αἱ διαθ. τ. σ.; Cf.
v. 21.

23. ἄνθρ. κεκριμένος] I. e. ho-
mo alicuius iudicii, prudens. Par-
ticipium passivum, nominis signifi-
catione activa, ὁ κρίνειν δυνάμενος.
Gesner. Est homo iudicio suo ab
aliis discretus, probatus et firmatus
iudicio. Sic Herod. III. c. 31 κε-
κριμένοι ἄνδρες. Cf. Stephan. Thes.
gr. ling. Vol. IV. p. 1971.

24. θεοῦ] Bodl. 1. 2. Act. τοῦ
θεοῦ. — Talem seu deam seu nym-
pham semiserpentem ex Phorcynē
prognatam Hesiodus in Theogonia
describit, ut Gesner. adnotavit.

25. Ἄν ... ἄκρου] Hos versus
inter fragmenta Orphei repetiit G.
Hermann.: Orphic. P. II. p. 466 sq.
Cf. Lobeck. I. c. p. 493. — Is ait:
„De primā Phanelis prole, quam se-
quuta est haec ἄλλη, nihil comper-
tum habemus; filia eius serpentina,
de qua nostri versus loquuntur, sine
dubio Nox est, quae patri Phaneli
nupsisse dicitur ap. Procl. in Tim.
II. 137.“ Illud Ἄν mendosum est.
Clar. τὰν (sic). Bodl. 1. 2 τὴν,
„quo difficilior fit correctio“ (Lob.).
Pro γενεὴν Bodl. 2 γένεσιν et Clar.
γενεῶν. V. 3 χαῖταιμα Arg., non
χαῖται μὲν. Editi omnes καλόντες
(coniunctim).

26. θεὸν] Deest in Arg.

27. ὁ] Desideratur in Bodl. 1. 2.
Maranus: „Hunc Phanelē ex ovo
profusum fuisse non dixerat Athe-
nagoras ille in loco [c. 18], ubi de
ovo loquutus est. Sed difficile non
est intelligere simul cum ovo pro-
disse primogenitum illum deum, qui

utilis habet eiusmodi historia, ut deos esse credamus Saturnum, Iovem, Coen, caeteros? Corporumne descriptiones? Ac quis homo probatus iudicio et in rebus considerandis versatus a deo genitam putet viperam (Orpheus:

*Phanes aliam sobolem genuit horribilem
Utero ex sacro, visu terribilem viperam,
Cuius ex capite crines ac pulchra facies
Erat visu, caeterae partes terribilis draconis
Summo ex collo.)*

aut ipsum Phanetem, qui deus sit primogenitus (is enim est ille ex ovo effusus), draconis vel corpus vel figuram habere, aut a Iovæ, ut is incomprehensibilis fieret, devoratum fuisse approbet? Nam si nihil a belluis vilissimis discrepant (liquet enim a rebus terrenis et ex materia eductis divinum numen differre

coelam et terram ovo contenta dicitur condidisse. Idcirco enim Phanes ille draconis speciem dicitur habuisse, quia mundi opifex ita effingi solebat apud Aegyptios." De Phanete praeter Lobeckium plura dabit Preller: Pauly Real-Encyclop. d. klass. Alterthumswiss. T. V (Stuttg. 1848) p. 1000. Immerito Gesnerus existimavit addendum esse τὴν Μητιν post ὑπὸ τοῦ Διός: aut devoratum a Iove Μετιν esse.

28. κατακοθῆναι] Bodl. 1. 2. Clar. Aet. et cod. Ioeüsaei (quo Ducæus usus est) κατατεθῆναι, depositum esse.

29. ἀχώρητος] Gesn. reddidit: ut Iupiter securus tranquillum possideret regnum. Rectius Suffr. Petr.: ut Iupiter comprehensibilis fieret. Maran.: ut comprehendi non posset. Illustratur haec vox, quae c. 10 (n. 2) ad infinitam dei naturam exprimendam adhibita est, fragmentis ap. Lobeck. l. c. p. 523 sqq. et p. Corp. Apoll. Vol. VII.

911 sqq., ad hanc Phanetis devorationem pertinentibus (Preller l. c.): qua quidem „omnipotens, primus et ultimus, caput et medium et finis“ etc. factus est. Justin. Cohort. ad Gent. c. 38: ἀχώρητος δυνάμει. Gesnerus mallet ἀκόρητος, insatiabilis, i. q. ἀκόρεστος, Lindnerus ἀχόρηστος (sic) vel ἄχωρος (sic) μὴ („ne sede ac regno pelleretur“), Lobeckius p. 493 ἀχώριστος.

30. καὶ] Bodl. 2 καὶν. Mox Bodl. 1. 2. Clar. Aet. ἀποκρινόμενον. Sic etiam Par. 2 in margine. Τὰ ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποκρινόμενα, ut Gesner. recte advertit, percommode dicuntur ea quae a materia separantur h. e. ex materia gignuntur: „tanquam materia una quadam et communi ceu massa existente, cuius veluti segmenta quaedam sunt res singulae, quae generantur et per generationem ab ea separantur, superveniente forma: ut

τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποκρινομένων τὸ θεῖον), οὐκ εἰς θεοί.

²¹ Τί δαὶ καὶ πρόσκεινεν αὐτοῖς, ὧν πτηνῶν μὲν δίπην ἔχει ἢ γένεσις, αὐτοὶ δὲ θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς;

21. ¹ Καίτοι εἰ σαρκοειδεῖς μόνον ἔλεγον αὐτούς καὶ αἷμα ἔχειν καὶ σπέρμα καὶ πάθη ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τότε ἔδει λῆρον καὶ γέλωτος λόγους τούτους νομίζειν· οὔτε γὰρ ὀργὴ οὔτε ἐπιθυμία καὶ ὄρεξις οὐδὲ παιδοποιὸν σπέρμα ἐν τῷ θεῷ. Ἔστωσαν τοίνυν σαρκοειδεῖς, ἀλλὰ κρείττους μὲν θυμοῦ καὶ ὀργῆς, **D** ἵνα μὴ Ἀθηνᾶ ² μὲν βλέπεται

³ Σκυζομένη Διὶ πατρί, χόλος δὲ μιν ἄγριος αἶρει,
Ἦρα δὲ θεωρῆται·

⁴ Ἦρα δ' οὐκ ἔχασε στήθος χόλον, ἀλλὰ προσήδα.

⁵ Κρείττους δὲ λύπης·

⁶ Ὡ πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διακόμενον περὶ τεῖχος

Ὀφθαλμοῖσιν ὄρωμαι· ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ⁷ καὶ ἀνθρώπους ἀμαθεῖς καὶ σκαιούς λέγω τοὺς ὀργῇ καὶ λύπῃ εἰκοντας. Ὅταν δὲ ⁸ ὁ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὀδύρεται μὲν τὸν υἱόν,

⁹ Αἶ αἶ ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν

Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιῳ Μενoitιάδαο δαμῆναι!

21

foetus iam formatus et perfectus ab utero matris separatur." Sic infra c. 22 ἀπὸ γὰρ τῆς ὕλης διακριθείσης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἢ τούτων σύστασις τε καὶ γένεσις. Maranus: „Gesneri observationem confirmat Plutarchus, quo teste ap. Euseb. Praep. evang. I. c. 8 Anaximander docebat infinitum [τὸ ἄπειρον] esse causam mundi generationis et corruptionis. Ex eo enim caelos eductos fuisse, ἐξ οὗ δὴ φησι τοὺς τε οὐρανούς ἀποκεκρίσθαι." Caelerum consulas c. 4. n. 9.

31. Τί δαί] Arg. et Lub. τί δέ. Bodl. 1. 2. Act. τὴ δέ. Tum Act. αὐτοὶ δὲ οὐ pro αὐτοὶ δέ.

1. Καίτοι εἰ σαρκοειδεῖς κτλ.]

Idem alii patres quum contra graecam tum contra homericam mythologiam monuerunt: Theophil. ad Autol. I. c. 9. III. c. 8, Clem. Protr. c. 2. §. 32 sqq., Tertull. Apol. c. 14 et Ad nation. I. c. 10, Minuc. Fel. Octav. c. 22, Cyrill. adv. Iulian. I (Opp. ed. Aubert. Tom. VI) p. 41. Cf. Stuhr „Ueberblick üb. d. Gesch. d. Behandlung d. Mythen im Alterthum": Baueri Zeitschr. f. specul. Theologie P. II. p. 83. — Particula μόνον apud σαρκοειδεῖς dicta est respectu habito verborum proximo praecedentium: θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς. Bodl. 1. 2 σαρκοειδεῖ. Idem mox καὶ αἷμα ἔχει. Par. 1. 2. Arg. Act. καὶ ante σπέρμα omise-

oportere), non sunt dii. Quid tandem ad eos adimus, quorum origo instar pecudum se habet et facies belluina ac deformis est?

21. At etiamsi eos dicerent carnem tantum habere et sanguinem et semen et irae et cupiditatis affectus, ne haec quidem oratio nugarum opinionem et risum effugere deberet; nam nec ira nec cupiditas aut appetitus nec semen ad procreandum in deo est. Sint igitur ex carne, sed tamen furore et ira superiores, ne Minerva quidem videatur

*Succensa Iovi patri, ira autem illam atrox tenet,
Iuno vero ita appareat:*

Iunonis pectus non continuit iram, sed prolocuta est.

Sint etiam dolore superiores:

*Proh malum, certe dilectum virum fugatum circa murum
Oculis video: meum autem angitur cor.*

Ego enim etiam homines imperitos et rudes dico si iracundiae et dolori cedant. Sed si parens hominumque deumque iugeat filium,

*Hei mihi, quando mihi Sarpedonem carissimum viro-
rum
Fatum est a Patroclo Menoetiade interfici!*

runt; in Lub. καὶ ante πάθη excidit. Γέλωτος λόγοι sunt verba quae risum movent s. risu digna.

2. μὲν] Deest in Arg. Illico Bodl. 1. 2 βλέπεται.

3. Σκυζομένη ... αἰρεῖ] Hom. II. IV. 23. — Apud Hom. legitur ἦραι. In Mon. supra penult. verbi αἰρεῖ syllaba ἦ positum est, ut consensus sit cum Homero. Arg. αἰρη (sic, absque iola subscr.). Iam Stephanus voluit legi αἰρη, idque Duceus textui inseruit. Sed verba χόλος ... αἰρεῖ non pendent a praecedenti ἵνα μή.

4. Ἦρη ... προσήδα] Homer. II. IV. 24. — Bodl. 1. 2. Act. χολός. Mon. προσήδα.

5. Κραίτους δὲ] Respondet praecedenti κραίτους μὲν.

6. Ὡ ... ἦτορ] Hom. II. XXII. 168 sq. — Mon. ἦ pro ἦ.

7. καὶ] Deest Act. Σχαιούς Maran. interpretatur fuitiles. Hesych. σχαιός· μωρός, ἀμαθής, ἀπαίδευτος.

8. ὁ] Morell. Duc. Maran. mendose omiserunt. Mox Clar. ὀδύρεται.

9. Ἴ ... δαμῆναι] Homer. II. XVI. 433 sq. — Lub. et Petr. ὦ μοι ἔγών, ut Homerus, nisi quod apud hunc ὦ pro ὦ legitur. Caeteri codd. msti αἰ αἰ (λέγων) ὄτε κτλ. praebent: sic editi quoque. Suffr. Petrus: „Sciois exclamandi ratio-

¹⁰ ἀδυνατῇ δὲ ὀδυρόμενος τοῦ κινδύνου ἐξαρκάσαι,

¹¹ Σαρπηδῶν Διὸς υἱός, ὃ δ' οὐδ' ᾧ παιδί ἀμύνει,
τίς οὐκ ἂν τοὺς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μύθοις φιλοθέους, ¹² μάλ-
λον δὲ ἀθέους, τῆς ἀμαθίας καταμέμφοιτο; Ἔστωσαν σαρκοειδεῖς,
ἀλλὰ μὴ ¹³ τιτρωσκέσθω μηδὲ Ἀφροδίτη ὑπὸ Διομήδους τὸ
σῶμα,

¹⁴ Οὐτά με Τυδέος υἱὸς ὑπέρθυμος Διομήδης,
ἢ ὑπὸ Ἄρεως ¹⁵ τὴν ψυχὴν,

¹⁶ Ὡς ἐμὲ χολὸν ἔοντα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Ἄλὲν ἀτιμάζει, φιλέει δ' αἰδηλὸν Ἄρηα.

— — ¹⁷ Διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψεν.

Ὁ δεινὸς ἐν πολέμοις, ¹⁸ ὃ σύμμαχος κατὰ Τιτάνων τοῦ Διός,
ἀσθενέστερος Διομήδους φαίνεται.

¹⁹ Μαίνετο δ' ὡς ὄτ' Ἄρης ἐγγέσπαλος —.

Σιώπησον Ὀμηρε, θεὸς οὐ μαίνεται. Σὺ δέ μοι καὶ μαιφόνον
καὶ βροτολογόν,

²⁰ Ἄρες, Ἄρες βροτολογέ, μαιφόνε,

²¹ διηγῆ τὸν θεόν, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτοῦ διέξει καὶ τὰ δεσμά·

nem non intelligens lectionem te-
mere mutavit, quod sensum putaret
alioqui esse abruptum." Stephanus
mallet αἰ αἰ ἐγών (λέγων) ὅτε κτλ.
Etiam Plato (De rep.) Homerum vi-
tuperat, qui summum deum iam fle-
biliter lamentantem filium inducat,
ὥστε φάναι· αἰ αἰ ἐγών etc. Re-
ctius fortasse αἰ αἰ scribitur. Non
muto. Cf. Pape Lex. gr. P. I. p. 44.
Solutus Dechair. ex ὅτε, id quod in
omnibus quoque Homeri codicibus
est, perperam ὅτε effecit. Pro μοῖρ'
Mon. μοῖραι, sed punctis supra αι
positis indicans lectionis vitiositatem.

10. ἀδυνατῇ] Pendet a praec.
ὅταν, ut ἀδυνατῇ δὲ referatur ad
ὀδύρηται μὲν. Apodosis incipit ver-
bis τίς οὐκ etc. Firmatur illud ἀδυ-

νατῇ Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Aet.
et cod. Iocūsaei (c. 20. n. 28). Re-
liqui codd. msti ἀδυνατεῖ. Quam-
quam in editione Gesneri Stephanus
genuinam lectionem textui inseruit,
tamen Morell. et Rechenb. ἀδυνα-
τεῖ inepte refinxerunt. Aet. Σαρ-
πιδόνα, per itacismum.

11. Σαρπηδῶν . . . ἀμύνει]
Homer. II. XVI, 522. — Aet. Σαρ-
πιδῶν (cf. n. 10). Lub. et Mon.
υἱὸς διὸς inverso ordine.

12. μᾶλλον δὲ ἀθ.] Desideran-
tur in Bodl. 1. 2.

13. τιτρωσκέσθω] Par. 2. Bodl.
1. 2. Aet. τιτρωσκέσθωσαν, id quod
Maran. quoque in textu posuit. Bodl.
2 non ὑπὸ sed ἀπὸ. Bodl. 1. 2.
Aet. Διομήδου.

nec possit dum lamentatur eum periculo eruere,

Sarpedon Iovis filius, ipse autem ne suo quidem filio auxiliatur,

quis non eorum imperitiam incuset qui huiusmodi fabulis se praebent deorum cultores, vel potius atheos? Sint ex carne, sed ne vulneretur Venus a Diomede in corpore,

Vulneravit me Tydei filius superbus Diomedes,
aut a Marte in animo,

Ut me claudum Iovis filia Venus

Semper dehonestat, amatque perniciosum Martem.

— — *Cutem autem pulchram dilaceravit.*

Terribilis ille in bellis, Iovis adversus Titanes auxiliator, infirmior Diomede apparet.

Steph.: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὐρεῖν τε ἔργον καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. — Perperam videntur Gesnero verba κατὰ δύναμιν abundare, nisi addatur ἀνθρωπίνην. Et debebat ex Athenagorea consuetudine saltem ἀνθρωπικὴν scribere, cf. c. 28. n. 30. Maranus: „Plato difficultatem dei apud omnes praedicandi non ex dei maiestate infinita, non ex praedicantis imbecillitate repetit, sed ex malo audientium affectu, quos laederet eiusmodi praedicatio; unde Athenagoras impossibile esse statuit ex Platonis sententia, i. e. valde periculosum, apud omnes deum pro viribus praedicare, seu, quod idem est, in vulgus efferre quicquid de deo mens acutior investigaverit.“

38. χαμᾶθεν] Dechair. et Lindner. ex Bodl. 1. 2. Act. (quibus Arg. addi potest) male ediderunt χαμό- θεον pro forma attica ideoque Athe-

autem ab eo dictum est: *Rex magnus in coelo Iuppiter, volucrum currum agens, primus graditur exornans omnia et gubernans, hunc autem sequitur exercitus deorum et daemonum*: id ad illum non pertinet Iovem qui ex Saturno ortus dicitur. Hic enim Iovis nomine creator universorum designatur. Id vero demonstrat et ipse Plato; quum eum alio convenienti nomine appellare non posset, populari vocabulo, non ut dei proprio sed ad perspicuitatem, quia de deo apud omnes pro viribus disseri non potest, usus est, addito *magni* nomine, ut secerneret coelestem a terrestri, ingenitum a genito, qui iunior est coelo et terra, iunior etiam Cretensibus, a quibus subreptus est ne occideretur a patre.

24. Quid tandem necesse est apud vos, qui omnem doctrinam scrutati estis, aut poetarum meminisse aut alias quoque sententias exquirere, quum haec pauca dicere possim: Si et poetae et philosophi unum deum esse non agnoscerent, nec

nagorae convenienti *χαμᾶθεν*, quae in reliquis codd. mstis comparet. Caeteri editores *χαμάθεν*. Cf. Lobbeck. ad Phryn. p. 94. Pro vulg. *ἀγέννητον* et *γεννητοῦ* scripsi ex Par. 1 et Arg. *ἀγέννητον* et *γεννητοῦ* (n. 9).

39. *Κρητῶν*] Meursius in Creta sua lib. II. c. 3 pro voce *Κρητῶν* amat legere *Κουρητῶν*, quia Iovis custodes [quibus furtim a Rhea Iuppiter educandus est datus] nominabantur *Curetes*: et mehercule haecce melior videtur lectio, licet illa altera etiam possit retineri; *Curetes* enim illi natione Cretenses erant. *Dechair*. — Bodl. 1. 2 *ἐξέλαμψαν* pro *ἐξέκλεψαν*. Bodl. 1 *ἀπό* pro *ὑπό*.

1. *δαί*] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2. Aet. *δέ*. Utraque vocula saepe a librariis confunditur: c. 17. n. 32. c. 20. n. 31. c. 26. n. 21, coll. c. 22. n. 31.

2. *καί*] Deest in Lub. — Verba *τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχοντι* (= „qui paucis ita possim dicere“) spectant ad sequentia. Cum *δεῖ* subaudias *μοι*. Male Suffr. Petrus *κ. λ. κεννηκότης* ad Athensgoram, non ad imperatores, retulit in hunc modum: „Quid opus est me omne doctrinae genus scrutando (h. e. argumenta undique exquirendo ad causae christianae defensionem) apud vos aut poetas recitare aut alias opiniones examinare, qui tantum habeam quod dicam?“ Unde vir doctus etiam legit *ἔχοντας* (pro *ἔχοντι*), interrogandi notam huic verbo postponens. Lindnerus malit „*ἔχοντα* scil. *ἐμέ*.“ Sine ratione. Structura verbi *δεῖ* cum dativo personae satis nota est. „*Ἐτεροι δόξαι* sunt philosophorum sententiae.

3. *Ἐί μὴ καὶ ποιηταὶ ... ἡμεῖς*

νωσκον θεόν, περι δὲ τούτων οἱ μὲν ὡς περι δαιμόνων, οἱ δὲ ὡς περι ὕλης, οἱ δὲ ὡς ἑπερι ἀνθρώπων γενομένων ἐφρόνου, ἡμεῖς γε ἄν εἰκότως ἐξενηλατούμεθα, διαιρετικῶ λόγῳ καὶ περι θεοῦ καὶ ὕλης καὶ περι τῆς ⁴ τούτων αὐτῶν οὐσίας πεχρημένοι; Ὡς γὰρ θεόν ⁵ φαμεν καὶ υἷον τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ πνεῦμα ²⁷ ἄγιον, ⁶ ἐνούμενα μὲν κατὰ δύναμιν τὸν πατέρα τὸν υἷον τὸ πνεῦμα, ⁷ ὅτι νοῦς λόγος σοφία ὁ υἷος τοῦ πατρός, καὶ ἀπόρροια ὡς φῶς ἀπὸ πυρός τὸ πνεῦμα, οὕτως καὶ ⁸ ἐτέρας εἶναι δυνάμεις κατειλήμμεθα περι τὴν ὕλην ⁹ ἀρχούσας καὶ δι' αὐτῆς, ¹⁰ μίαν

γε ἄν εἰκότως ἐξενηλατούμεθα] Sensus est: Vestri poetae et philosophi, quamquam unum agnoscunt deum (cc. 5 et 6), non tamen habentur athei nec vexantur; inde par est nos quoque immunes esse a vexatione, qui distincta ratione de deo loquimur, creatorem a creaturis discernentes (cc. 7. 15 coll. 18. 19, c. 22. n. 40). Ad creaturas autem dei pertinent etiam angeli. Codd. msti et editi εἰ καὶ μὴ ποιηταὶ ... ἡμεῖς γε ἄν εἰκότως ἐξενηλατούμεθα. Haec vitiosa esse iam Gesnerus notavit, dicens: „Lego εἰ μὴ καὶ ποιηταὶ ... ἡμεῖς γε ἄν εἰκότως ἐξενηλατούμεθα, nisi malis ἡμεῖς γε ἀνεικότως et ab initio periodi εἰ καὶ οἱ ποιηταί. Sed sensus eodem recidit.“ Addit Stephanus: „Ubi pro γε repositum fuerit (quod mendum frequentissimum est), nondum emendatum locum habuerimus; nam ut verba significant merito nos reiiceremur, ex praesenti ἐξενηλατούμεθα faciundum fuerit praeteritum imperf. ἐξενηλατούμεθα, quod iungatur cum ἄν, vel ἐξενηλατοίμεθα.“ Sed ei „magis placet, tempus praesens retinendo, ἄν cum εἰκότως iungere, ut sit ἀνεικότως, legendo etiam in prin-

cipio periodi εἰ καὶ οἱ ποιηταί.“ — Pro περι δὲ τούτων, h. e. θεῶν νομιζομένων, de quibus antea dixit, Gesnerus existimat clarius legi περι δὲ τῶν ἄλλων: de reliquis qui vulgo dii habentur. Illud pronomen demonstr., ut Latinorum iste, in contemptum dictum est.

4. τούτων αὐτῶν] Aet. αὐτῶν τούτων. Cf. c. 34. n. 10.

5. φαμεν] Usurpatum ut c. 10: πλῆθος ἀγγέλων κ. λ. φαμεν. Mox Bodl. 1. 2. Aet. ἄγιον πνεῦμα pro πν. ἄγ.

6. ἐνούμενα κτλ.] In genere neutro, ad deum et filium (dei mentem) et spiritum (dei effluuium) relato, Semlerus (S. J. Baumgartens Untersuch. theol. Streitigkk. T. II. p. 73) praeter necessitatem offendit (Matthiae Ausf. gr. Gramm. ed. 2. p. 824 sq.), quum praesertim ad sententiam quadret scriptoris. Sunt porro qui pro μὲν legerent μὴν (G. Olearius De spiritus sancti cum patre adoratione p. 8). Tu, si me audies, nihil mutabis. Illa particula μὲν absolute ponitur, ut nullum δὲ sequatur, ubi oppositum facile cogitatione adiici potest. Cf. n. 10 et c. 28. n. 33; Winer Grammat. d. neutest. Spr. ed. 6. p. 507 sq. Hic:

de istis [diis] ita sentirent ut eos alii daemones esse, alii materiam, alii homines fuisse dicant, certe non deesset causa cur nos exagitaremur, qui deum et materiam et utriusque naturas discernimus? Quemadmodum enim deum agnoscimus et filium ipsius logon et spiritum sanctum, scilicet unitos secundum potentiam patrem filium spiritum, quia mens logos sapientia est filius patris, effluentia autem ut lumen ab igne spiritus: sic etiam alias esse potestates accepimus, quae circa materiam et ope materiae principatum exercent,

ἐνούμ. μὲν κ. δύναμιν, διαίρου-
μενα δὲ κατὰ τάξιν = *pares*
quidem numine (s. iuxta divinitatem), *distincti vero ordine*.
Provoco ad verba c. 10: Τίς οὖν
οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας θεὸν
πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ πνεῦμα
ἅγιον, δεικνύοντας αὐτῶν καὶ τὴν
ἐν τῇ ἐνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ
τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους
καλουμένους; Videsis quae ibi ad-
notavi (n. 16), etiam de significa-
tione vocis δύνამεις. Frustra Gesne-
rus, quocum (ut assolet) Rechen-
bergius facit, legere mallet: τρία
μὲν κατὰ δύναμιν, ἐνούμενα δὲ
κατ' οὐσίαν, τὸν πατέρα etc.

7. ὅτι νοῦς usque τὸ πνεῦμα]
Haec verba, quae rationem ἐνώσεως
illius addunt, in Lub. praetermissa
sunt errore librarii, ob repetitum τὸ
πνεῦμα. Noli ex ὅτι cum Oleario
(l. c. p. 6) efficere ἄρα vel ὅτι „eo
sensu quo οἶον.“ Articulum δ' ante
υἱός vulgo omissum ex Par. 1 et
Arg. reposui. Convenientius autem
legeretur inverso ordine τοῦ πατρὸς
ὁ υἱός. Cf. e. g. c. 10: Ὁντος δὲ
τοῦ υἱοῦ ἐν πατρὶ καὶ πατρὸς ἐν
υἱῷ, ἐνόηται κτλ., νοῦς καὶ λό-
γος τοῦ πατρὸς ὁ υἱός τοῦ

θεοῦ. Non muto. De σοφία cf.
Prov. c. 8. Cum ἀπόφθοια subau-
diendum αὐτοῦ, h. e. τοῦ πατρὸς.
C. 10: ἅγιον πνεῦμα ἀπόφθοιαν
εἶναι φάμεν τοῦ θεοῦ, ἀποφθόν
καὶ ἐπαναφερόμενον ὡς ἀκτῖνα
ἡλίου.

8. ἐτέρας] Bodl. 1. 2 ἔτερον.
Tum Mon. εἶναι omisit. Δυνα-
μεις vocantur angeli: c. 10. n. 16.

9. ἀρχούσας] Codd. msti et
editi ἐχούσας. Si elegantem illam
recipimus coniecturam, quam Marano
debemus, paucis verbis expressam
habemus totam Athenagorae senten-
tiam de angelis, quos et materiae
praefectos fuisse et quicquid iuvant
aut nocent id per materiam prae-
stare mox docet. Lectio vulgata
commodum sensum non praebet, sive
cum Gesnero reddamus „quae vel
circa materiam vel intra eam (S.
Petrus: „per ipsam“) versantur“,
sive cum Lango „circa materiam
versantes et per eam consistentes.“

10. μίαν μὲν] Non δὲ respon-
det (vide n. 6), sed oppositum co-
gita: ἄλλας δὲ οὐκ ἀντιθέους. Cf.
Baumgarten - Crusius *Comp. d. chr.*
Dogmengesch. P. II. p. 216.

μὲν τὴν ἀντίθειον, οὐχ ὅτι ἀντιδοξοῦν τί ἐστὶ τῷ θεῷ, ὡς τῇ φιλίᾳ τὸ νεῖκος κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῇ ἡμέρᾳ νύξ ¹¹ κατὰ τὰ φαινόμενα (ἐπεὶ πᾶν εἰ ἀνθειστήκει τι ¹² τῷ θεῷ ἐπαύσατο τοῦ εἶναι, λυθείσης αὐτοῦ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ ἰσχύϊ τῆς Β συστάσεως), ἀλλ' ¹³ ὅτι τῷ τοῦ θεοῦ ἀγαθῷ, ὃ κατὰ συμβεβηκός ἐστὶν αὐτῷ καὶ συνυπάρχον, ὡς χρῶμα ¹⁴ σώματι, οὐ ἄνευ οὐκ ἔστιν (οὐχ ὡς ¹⁵ μέρους ὄντος, ἀλλ' ὡς κατ' ἀνάγκην συνόντος παρακολουθήματος, ἠνωμένου καὶ ¹⁶ συγκεχρωσμένου, ὡς τῷ πυρὶ ξανθῷ εἶναι καὶ τῷ αἰθέρι κυανῷ), ¹⁷ ἐναντίον ἐστὶ τὸ περὶ τὴν ὕλην ἔχον πνεῦμα, γενόμενον ¹⁸ μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθὼ οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ γέγονασιν ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἶδεσι ¹⁹ πιστευσάμενον διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἡ

11. κατὰ τὰ φαινόμενα] Bodl. 2 κατὰ τὸ φαινόμενα. Gesner.: „sicut sensibus nostris apparet“, Petr.: „in rebus visibilibus“, Maran.: „ut oculis cernimus“. Debebant reddere: „iuxta apparentiam astrorum“, qua vel orientur vel occidunt; gemäss den Erscheinungen am Himmel, den auf- und untergehenden Gestirnen, welche sich am äussern Horizonte zeigen. Sic vox τῶν φαινομένων (c. 5) apud veteres interdum usurpatur.

12. τῷ θεῷ] In Arg. ex precedentibus hic additur ὡς τῇ φιλίᾳ τὸ νεῖκος.

13. ὅτι τῷ τ. θ. ἀγαθῷ] Haec verba cum ἐναντίον ἐστὶ κτλ. copulanda sunt. Spiritus materiae non valet adversari deo sed tantum eius bonitati, quae attributum dei est. Rössler: „Vielleicht hat Athenagoras nichts weiter gedacht als: jener böse Geist könne zwar der Macht Gottes keine Grenzen setzen, inzwischen sei doch sein ganzer Sinn gegen die guten Absichten desselben.“ Mar-

nus de formula κατὰ συμβεβηκός haec observavit: „Sic etiam supra c. 23 τὰ ἐπισυμβεβηκότα αὐτῷ. Quae quidem loquendi ratio interdum significat accidens; unde Clemens Strom. V. p. 587: *Deus μήτε συμβεβηκός τι μηδὲ ᾧ συμβέβηέν τι, neque est accidens neque ei quicquam accidit.* Sed tamen eadem voce interdum ea quae alicui rei necessario conveniunt sive attributa significantur, velut cum ait Eusebius Demonstr. evang. IV. p. 148: ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατὰ τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκός ἀχώριστον. *Splendor non ex luminis proposito et voluntate splendet, sed secundum quiddam quod essentiae inseparabiliter convenit.* Ambigua videri non debet Athenagorae sententia, cum diserte declaret hac voce ea significari quae nec pars dei esse possunt nec ab eo separari.“

14. σώματι] Arg. σώματος.

15. μέρους] Gesner. et Petr.: „non est quidem color pars corpo-

unam scilicet deo inimicam, non quod deo quidquam adversetur, ut amicitiae discordia secundum Empedoclem et nox diei secundum apparentiam astrorum (quandoquidem si quid deo adversaretur esse desiisset, dei potentia et vi dissolutum), sed quia dei bono, quod ei adiunctum est et ei coexistit, ut color corpori, quo sine non existit (non quod pars illius sit, sed ut necessario coexistens proprietas, ei insita et penitus infixata, ut igni coexistit color fulvus et aetheri caeruleus), contrarius est ille circa materiam versans spiritus, a deo quidem factus, ut caeteri angeli, ac materiae eiusque specierum administrationi praefectus. Haec enim est

ris.“ Potius intellige sic: „non quod τὸ ἀγαθὸν pars dei sit.“ — Bodl. 2 μέρος.

16. συνεχρωσμένον] Cf. Prolegg. p. L. Par. 1. Lub. Mon. συνεχρωσμένον. Verba quae sequuntur, ὡς τῷ πυρί, ne commate deleta iungas cum συνεχρωσμένον (Lindn.), neve suppleas συμβαίνει (Dechair.), sed ex praegressa sententia σύνεστι. S. Petrus: „sed ut res ex necessitate innata consequens, unita et inviscerata, non aliter quam igni nativum est fulvo esse et aëri ceruleo.“

17. ἐναντίον ἐστὶ etc.] Haec a S. Methodio Tyri episcopo († 311) laudantur ap. Epiphanium Haeres. 64. c. 21 (ed. Petav. T. I) p. 544 et ap. Photium Biblioth. c. 234 (ed. Bekk.) p. 293. Epiph.: Τί οὖν ὁ διάβολος λέγεται; Πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην ἔχον, καθάπερ ἐλέχθη τῷ Ἀθηναγόρᾳ (vulg. ὡς Ἀθηναγόρᾳ), γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὡςπερ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κτλ. Phot.: ὅτι φησιν (Μεθόδιος), Ὁ διάβο-

λός ἐστὶ πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην, γενόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη, ὡςπερ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κτλ. Praesertim quae sequuntur inde a verbis Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων non verbotenus a Methodio ex Athenagora sunt descripta, sed quaedam resecta, transposita, immulata; insuper observes quae ab Athenagora de nonnullis angelis dicantur, οἱ δὲ ἐνύβρισαν κτλ., ea omnia a Methodio referri ad unum diabolum.

18. μὲν] Particula δέ, quae respondet, longius disiuncta: c. 25: Ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων κτλ. Cf. c. 26. n. 3.

19. πιστευσάμενον] Arg. πιστευόμενον. Meth. πεπιστευμένον. Sane passivum expectaveris (Winer l. c. p. 232 sq.). Aoristum medii tempus hic non passive capiendum (Gesn.), sed vis ei inest reflexiva: „der die Verwaltung sich hatte anvertrauen lassen.“ De τοῖς τῆς ὕλης εἰδῶσι c. 15. n. 13 ideas. Cf. c. 25. n. 4.

τῶν ἀγγέλων σύστασις, τῷ θεῷ ἐπὶ πρόνοια ²⁰γεγονέναι τοῖς C
 ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ²¹ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γε-
 νικὴν ὁ θεὸς ἔχη τῶν ὅλων πρόνοιαν, τὴν δὲ ἐπὶ μέρους οἱ
 ἐκ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι. ²²Ὡς δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώ-
 πων, αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἔχόντων (ἐπεὶ
 οὐκ ἂν οὔτ' ἐτιμᾶτε τοὺς ἀγαθοὺς οὔτ' ἐκολάζετε τοὺς πονη-
 ρούς, εἰ μὴ ἐκ' αὐτοῖς ἦν καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετὴ· καὶ οἱ μὲν
 σπουδαῖοι περὶ ἃ πιστεύονται ὑφ' ²³ὑμῶν, οἱ δὲ ἄπιστοι εὐρί-
 σκονται), καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἐν ὁμοίῳ κατέστηκεν. ²⁴Οἱ D

20. γεγονέναι.] Hanc lectionem ex Methodio levissima mutatione reposui pro vulgari γέγονεν, quae tolerari nequit. Iam omnia sunt sana. Supersedemus Gesneri et Fabricii coniecturis; ille legit διὰ τοῦτο γὰρ (sive καὶ γὰρ) ἡ τ. ἀ. σύστασις τῷ θ. ἐ. πρ. γέγονεν κτλ., hic vero (Hist. crit. de la rep. des lettres T. IX. p. 134) τοῦτο γὰρ ἡ τ. ἀ. σύστασις, ἢ τῷ θεῷ ἐ. πρ. γέγονεν κτλ. Lindnerus διὰ per ellipsin subintellexerit! Omnibus (Gesn., S. Petr., Lang., Maran., Lindn.) σύστασις hic est creatio (v. c. Gesn. „Idcirco enim angelos deus creavit“); notat potius (comp. c. 25. p. 28 B, c. 26. p. 30 D, c. 36. p. 39 B) constitutionem.

21. ἵνα κτλ.] Non multum discrepat haec opinio a sententia Platonis, qui tum alibi tum in Timaeo universalem mundi administrationem deo ingenito et omnium conditori, particularem vero diis coelestibus et iunioribus h. e. sideribus et daemonibus tribuit. [Cf. Porphyr. De abstin. 1, 57. Iambli. De myst. Aeg. 5, 23: θεοὶ κοσμικοὶ et μερικοί.] Ab Athenagora non longe absunt etiam aliquot alii scriptores

christiani in ecclesia primitiva, quos constat plusculum olere philosophiae. Suffr. Petrus. Generalis illa providentia, quam deo tribuit Athenagoras, non sic accipienda est, quasi rebus particularibus ita praeficiat legatos suos, ut nullam ipse illarum procuracionem gerat. Tam stulta opinio non potest affingi Athenagorae, qui De resurr. c. 18 pronuntiat „nihil neque in coelo neque in terra a gubernatione et providentia dei destitui, sed ad omnia, sive non videantur sive videantur sive parva sint sive magna, pervenire creatoris sollicitudinem.“ Quare providentia illa generalis in eo posita, quod, cum angeli prae naturae suae conditione paucis tantum rebus providere possint, deus omnia prorsus regat et gubernet. Unde illam providentiam Athenagoras παντελικὴν et γενικὴν vocat. Methodius ita hunc locum Athenagorae citat, ut eum non modo de providentia dei non detrudere existimaverit, sed etiam idoneum ad dei dominatum adstruendum iudicaverit. Sic enim habet: ... ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν ἢ τὸ κῆρος καὶ τὸ κράτος ἀπάντων

angelorum constitutio, ut deo providentiae sint rerum ab ipso creatarum, ita quidem, ut universam deus et generalem omnium habeat providentiam, eam vero quae partes attingit instituti ad hoc munus angeli. Profecto quemadmodum in hominibus, qui liberam habent eligendae virtutis et vitii optionem (neque enim vel praemiis bonos vel suppliciis improbos afficeretis, si penes illos situm non esset et vitium et virtus: atque alii quidem in his quae iis a vobis committuntur probi, alii autem infideles reperiuntur): ita in angelis res se

αὐτὸς ἀνηρημένος. Maranus. Cf. Baumgarten - Crusius l. c. P. II. p. 195. Par. 2 et Bodl. 1 ἕνα ἢ (sic) τὴν κτλ. Verbum ἔχῃ, quod in codd. mstis et editis desideratur, equidem ex Methodio (ἔχων) restitui. Gesnerus contra putavit post πρόνοιαν deesse ὑπέχῃ vel ἐπιμέλῃται vel διοικῆ vel aliud simile. Idem absque ratione legendum censuit: τὴν δὲ τῶν ἐπὶ μέρους (sc. οὐσαν). Cf. c. 25. n. 15. Methodius (ap. Epiph.): τὴν δὲ διὰ μέρους οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες ἄγγελοι. Iustinus Apol. II. c. 5 (n. 5): οὓς (angelos) ἐπὶ τούτοις ἔταξε.

22. Ὡς δὴ καὶ ... καὶ τὸ κατὰ] Tritus καὶ particulae usus in comparationibus: ὥς ... καὶ. Cf. c. 15. n. 13. Incipit enim apodosis verbis καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀγγέλους etc. Insuper adiectum est ἐν ὁμοίῳ scil. τρόπῳ, similiter. Neque geminatum καὶ (in protasi enim ὥς δ. καὶ) offensionem habet; cf. Herbst. ad Xenoph. Memor. Socr. III. c. 5. §. 13. Arg. et Mon. ὥς δὲ pro ὥς δὴ, et sic interpretes omnes transferunt quemadmodum autem. Sed Sophianus in Mon. errorem correxit. Verba καὶ τὴν ἀρετὴν in Lub. mendose exciderunt. Perperam editores Corp. Apoll. Vol. VII.

ante Maranum et Lindnerus distinxerunt hoc modo: ὥς δὴ ... ἔχόντων (ἐπεὶ ... ἡ ἀρετὴ) καὶ οἱ μὲν ... εὐρίσκονται, καὶ τὸ κατὰ etc.

23. ὑμῶν] Arg. ἡμῶν.

24. Οἱ μὲν γὰρ κτλ.] Lub. ἄγγελοι pro ἄλλοι. Par. 1. 2. Lub. Bodl. 1. 2 γεγόνασιν οἱ, inverso ordine. Arg. et Mon. οἱ omisere. Morell. Duc. Maran. γεγόνασι, sine ν, contra codd. mstos. Methodius haec describendo partim verba partim sententiam mutat aut liberius saltem interpretatur. Ait enim diabolum invidia in homines concepta peccasse ac deinde caeteros amore mulierum captos fuisse: ὁ δὲ ἐνύβρισε καὶ πονηρὸς περὶ τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο τὴν διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσῆσας καθ' ἡμῶν, ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοκοιτίαν (ap. Phot. φιλοτησίαν) ὁμιλήσαντες θυγατράσιν. Verbum ἐνύβρισαν absolute dictum videtur esse. Thucyd. I, 84: μόνοι δι' αὐτὸ εὐπραγίαις τε οὐκ ἐξυβρίζομεν. Cf. Matthiae l. c. p. 728. Formula ἡ τῆς οὐσίας ὑπόστασις spectat ad eorum liberum arbitrium, quo aut ad bonum aut ad malum uti poterant, ἡ ἀρχὴ vero ad

μὲν γὰρ ἄλλοι, αὐθαίρετοι δὴ οἷοι γέγονασιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἔμειναν ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησεν καὶ διέταξεν ὁ θεός, οἱ δὲ ἐνύβρισαν καὶ τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει καὶ τῇ ἀρχῇ, οὗτός τε ὁ τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ εἰδῶν ἄρχων καὶ ἕτεροι τῶν περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα, (ἴστε δὲ μηδὲν ἡμᾶς ἀμάρτυρον λέγειν, ἃ δὲ τοῖς προφήταις ἐκπεφάνηται μηνύειν) ἐκείνοι μὲν εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων καὶ ἥτιους σαρκὸς εὐρεθέντες, οὗτος δὲ ἀμελήσας καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γένόμενος διοίκησιν. Ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἔχόν-28 των οἱ καλούμενοι ἐγεννήθησαν γίγαντες. Εἰ δέ τις ²⁵ ἐκ μέρους εἴρηται περὶ τῶν γιγάντων καὶ ποιηταῖς λόγος, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας ²⁶ καὶ θεολογικῆς ὅσον ἀλήθεια πιθανοῦ διαφέρει διαλλαττουσῶν, καὶ τῆς μὲν οὐσῆς ἐπουρανίου, τῆς δὲ ἐπιγείου. ²⁷ καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης

²⁸ Ἴσμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὅμοια.

25. ¹ Οὗτοι τοίνυν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, περὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν, οὐκέτι εἰς τὰ ὑπερουράνια

potestatem uni illi in materiam eiusque species concreditam. At editores dativos illos censent a verbo ἐνύβρισαν pendere; reddunt e. g. Petrus: „alii vero tum ordinem tum principium naturae contumeliose tractarunt“, Dechairius: „alii vero simul et natura sua et credita sibi administratione abusi sunt“, Maranus: „alii vero et naturae substantia (interpr. Campid.: „die Beschaffenheit der Natur“) et munere sibi commisso abusi sunt.“ Ipse c. 2 dicit ἐνυβρίζειν εἰς τινα. Verba autem οὗτος τε ... καὶ ἕτεροι appositionem continent (τε ... καί), ut (per chiasmum) quinam sint illi οἱ δὲ explicent, scilicet οὗτος ὁ τῆς ὕλης ἄρχων (ἐνύβρισε τῇ ἀρχῇ) et ἕτεροι τῶν περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα (ἐνύβρισαν τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει). Iste res sibi com-

missas improbe administravit, hi cupiditatibus se devinxerunt. Iustinus Dial. c. Tr. c. 140: οὐκ αἰτία τοῦ θεοῦ ... ἀλλὰ τῇ ἐαυτῶν ἕκαστος αἰτία τοιοῦτοί εἰσιν, ὅποιος ἕκαστος φανήσεται. Scholion (fere saeculi XII) in marg. Par. 1 de Athenagorae super angelorum lapsu opinione, quam — ut omnes patres antenicaeni, excepto Iulio Africano — testimonio Mosis, LXX Gen. 6, 2 iuxta lectionem οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, studet firmare (ἴστε δὲ μηδὲν κτλ.), ita habet: Οὗ μοι δοκεῖ τόδε πάντων τοι λέγειν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ πάντων πόρρω τῆς εὐσεβοῦς διανοίας, ἵνα μὴ λέγω καὶ φυσικοῖς λογισμοῖς ἀπαράδεκτον, οὐκ οἶδ' ὅ τι μαθῶν ὁ ἀνήρ, καὶ ταῦτ' εὐσεβῶς ἄγαν καὶ γενναϊότατα τοῖσδε τοῖς συγγράμμασιν ἐμφιλοσοφῶν τὸ παράπαν. — Articulus τῶν, ante

habet. Alii enim, liberi scilicet quales a deo facti fuerant, in his permanserunt quorum causa eos creaverat et disposuerat deus, alii vero insolenter se gesserunt et ob naturae suae conditionem et munus sibi commissum, scilicet et iste materiae eiusque specierum princeps et alii circa primum hoc firmamentum constituti, (scitis autem nihil nos sine testibus dicere, sed quae a prophetis praedicata sunt exponere) isti quidem in virginum cupiditatem lapsi et carnis amore superati, hic vero in rerum sibi commissarum administratione negligens et improbus. Ex his igitur virginum amatoribus geniti sunt qui vocantur gigantes. Si qua ex parte locuti sunt de gigantibus etiam poetae, ne miremini, quum divina sapientia tantum a mundana quantum verum a probabili distet, atque haec quidem coelestis sit, ista vero terrena; nempe secundum materiae principem

Scimus falsa loqui multa veris similia.

25. Hi igitur angeli de coelis lapsi, qui circa aerem et terram versantur nec iam supra coelos evehi possunt, tum

περὶ τὸ πρ. τ. στερέωμα scil. ὄντων, in Par. 1 abest. Bodl. 1. 2. Aet. τοῦ. Pro ἐκπεφώνηται Mon. ἐμπεφώνηται.

25. ἐκ μέρους] Cf. c. 7. n. 6. — Paullo ante Bodl. 1. 2 γίγαντες ἐγεννήθησαν, ordine mutato.

26. καὶ θεολογικῆς] Ita Bodl. 1. 2. Aet. et in marg. (a manu secunda) Par. 2; Dechair. Maran. Lindner. Caeteri omisere: quae omissio Gesnerum induxit ut mallet σοφίας, ὅσον α. π. διαφέρει διαλλαττούσης τῆς θείας (sive προφητικῆς), καὶ τῆς μὲν etc. De voce θεολογ. adi c. 10. n. 18.

27. καὶ] Non est in Arg. Particula καὶ huc adnectit quae verbis antecedentibus explicationis ergo adduntur (und zwar s. nämlich). Sensus: Poetae gentiles, licet di-

vina sapientia tantum distet a mundana, tamen aliqua ex parte (n. 25) historiam gigantum prodiderunt, incitati scilicet a diabolo. Idem Iustinus Mart. Apol. L. c. 54 de daemonibus pronuntiavit; coll. Tatian. Orat. ad Gr. c. 40 et Tertullianus Apol. c. 47.

28. ἴσμεν ... ὁμοῖα] Est versus Hesiod. Theog. 27, id quod editores Athenagorae fugit. Hes. ἴσμεν pro ἴσμεν. Homer. Od. XIX. 203: ἴσμεν, ψ. π. λέγων ἐ. ὁ. Theogn. 713: οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Cum infinitivo λέγειν subaudias ποιητάς.

1. Οὗτοι τοίνυν etc.] „Athenagoras trennt im Falle Satan und seine Engel: von diesen die Dämonen [sensu proprio], als Seelen der Giganten. Diese Dämonen erschei-

ὑπερκύψαι δυνάμενοι, καὶ αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ οἱ περὶ τὸν Β κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι δαίμονες, ² ὁμοίας κινήσεις οἱ μὲν αἷς ἔλαβον συστάσειν, ³ οἱ δαίμονες, οἱ δὲ αἷς ἔσχον ἐπιθυμίαις, οἱ ἄγγελοι, ποιούμενοι. ⁴ Ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων ἰδεῖν, ἐναντία τῷ ἀγαθῷ τοῦ θεοῦ ἐπιτροπεύει καὶ διοικεῖ.

⁵ Πολλάκι μοι πρᾶπίδων διῆλθε φροντίς,

⁶ Εἴτε τύχα εἴτε δαίμων τὰ βιώτια κραίνει,

⁷ Παρὰ τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν

nen als Abkömmlinge jener Engel auch bei Iustin. Ap. 2, 5. Tertull. Ap. 22, Lactant. 2, 14.“ Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. II. p. 989 (*Comp. d. chr. DG.* P. II. p. 213). — Bodl. 2 οὕτως pro οὔτοι. Idem mox ἐκπεσόντες. Postea τῶν κόσμων Bodl. 1. 2, non τὸν κόσμον. Cum δυνάμενοι subaudias εἰσὶ. Dicuntur οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, quia ante lapsum περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα (c. 24) versabantur. Ad verba καὶ αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ οἱ π. τ. κ. εἰσὶ πλαν. δαίμονες scholion (fere saeculi XII) in marg. Par. 1: Καὶ τόδε παρακλήσιον τῷ προτέρῳ [vid. c. 24. n. 24], καὶ ὁμοίως ἀμφοτέρα πλημμελῶς ἔχοντα τῷ παντί.

2. ὁμοίας... ποιούμενοι] Haec omnia in Bodl. 1. 2 et Clar. exciderunt. Abest in Aet. οἱ ante μὲν.

3. οἱ δαίμονες] Legitur οἱ γιγαντες in codice Suffr. Petri. [Cum Petrino hic non sentit Lubanensis, qui, ut caeteri codd. msti, οἱ δαίμονες suppeditat.] Quae scriptura immerito ei probatur ac Gesnero. [Pariter probatur Rechenbergio et Lindnero, qui ab illis editoribus

prorsus pendent.] Nam gigantes Athenagoras eosdem esse ac daemones declarat: in quo quidem facile conciliatur cum Iustino, qui in Apol. II. c. 5 daemones ex angelorum cum mulieribus consuetudine genitos fuisse testatur. *Maranus.* Cf. n. 1.

4. Ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων] Sic etiam c. 24 (bis) vocatur. H. Thierschius (*Rudelbachii et Guertikii Zeitschr. für die ges. luther. Theologie u. Kirche* 1841. Fasc. 2. p. 169): „Beherrscher der Materie wird dieser Geist genannt, keineswegs als wäre er das Princip der Materie, und seiner ursprünglichen Natur nach dem Immateriellen entgegengesetzt, sondern weil ihm, da er von Gott geschaffen ward, die Verwaltung (διοίκησις) der Materie (oder der Natur, nämlich der sichtbaren Welt, wahrscheinlich mit Ausschluss der Menschen) und ihrer Arten (εἶδη, der Gestirne, der Elemente u. s. w. [c. 24. n. 19]) anvertraut wurde. Er fiel, indem er die Verwaltung des ihm Anvertrauten vernachlässigte und böse ward (ἀμελήσας καὶ πονηρός περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γεγόμενος διοίκη-

etiam gigantum animae, qui errabundi sunt circa mundum daemones, motiones excitant, isti quidem, nempe daemones, naturae quam acceperunt, hi autem, nempe angeli, cupiditatibus quas senserunt, congruentes. Materiae autem princeps, ut licet ex ipsis rebus quae eveniunt cernere, contrariam dei bono administrationem et procurationem exercet.

*Saepe mihi mentem agitavit cura,
Causae an deus res nostras regat,
Et praeter spem praeterque aequitatem*

στ' c. 24). Damit aber hat er sein Naturreich nicht verloren, es besteht vielmehr seine Gott entgegenstrebende Thätigkeit gerade darin dass er auf eine dem guten Willen Gottes (τῷ ἀγαθῷ τοῦ θεοῦ [coll. c. 24. n. 13]) entgegengesetzte Weise waltet und jene ihm übertragene Vorsehung misbraucht (ἐναντία ἐπιτροπεύει καὶ διοικεῖ). Sicher ist dieser letzte Theil der Vorstellungen über das Reich des Bösen aus Hiob geschöpft, da sich Athenagoras für beides, was er (aus Genes. VI) von den Dämonen und was er von dem Archon sagt, auf die „Schriften der Propheten“ [c. 24] beruft.“ Caeterum cf. c. 24. n. 18. Τῶν ante γινομένων deest in Bodl. 1. 2.

5. Πολλάκι ... ἄγχι] Incertae Euripidis fabulae fragmentum. Cf. Eurip. trag. et fragm., rec. A. Matthiae, Tom. IX. p. 413 et Poett. trag. gr. fragm., ed. F. G. Wagner, Vol. II. p. 492. Perperam verba τὸ παρ' ἐπίδα in editionibus ante Decharianam cum his versibus connexa tamquam Euripidea legebantur. Cf. n. 9. Similem huic Euripideae habet Claudianus sententiam, ut in marg. Par. 2 manus latina saeculi XV ad-

notavit: „Claudianus poets: Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, Curarent superi terras an nullus in- esset Rector et incerto fluere mortalium casu.“ Insuper Hecub. 486 sq. et aliorum locos huic similes Valckenarius ad Hippol. 1102 comparavit. Bodl. 1. 2 πολλάκις.

6. Ἐτε ... κραίνει] Τὸ βίον, dimin. a βίος, = βίος. Mon. τὰ βιοτία. Dechair. mutavit in τὰ βρότεια. Caeterum Matth. et Wagn. ediderunt:

*εἴτε τύχα εἴτε δαίμων
τὰ βρότεια κραίνει.*

Hiatum uterque V. D. eo tolli iubet, ut τις post τύχα excidisse statuatur. Sic versus erit dactylicus logaedicus ut is qui antecedit.

7. Παρά τ' etc.] Editores omnes, etiam Matthiaeus et Wagnerus, inepte punctum post κραίνει collocarunt. Neque εἴ ante παρά cum utroque illo V. D. addendum. Nam versus particulâ τε, id quod illi non viderunt, arcte cum praecedente cohaeret. Marano autem pro ultima voce ἄγχι legendum videtur ἀεί, „ita ut voces τοὺς μὲν et τοὺς δὲ referantur ad κραίνει.“

Τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ⁸ ἀναπίπτοντας

⁹ ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ¹⁰ ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ¹¹ ἢ τοιαύτη τῶν περιγείων διοικήσεις, ἐν ἧ εἶποι τις ἄν·

¹² Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες ἢ θεῶν γένος

εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

Τοῦτο καὶ τὸν ¹³ Ἀριστοτέλη ἀπρονόητα εἰπεῖν τὰ κατωτέρω τοῦ οὐρανοῦ ἐποίησε, καίτοι τῆς αἰδίου ἐπ' ἴσης ἡμῖν μενούσης προνοίας τοῦ θεοῦ·

¹⁴ Ἡ γῆ δ' ἀνάγκη, κἂν θέλῃ κἂν μὴ θέλῃ,

Φύουσα ποίαν τὰμὰ πιαίνει βοτάνη·

τῆς ¹⁵ δὲ ἐπὶ μέρους πρὸς ἀλήθειαν, οὐ πρὸς δόξαν, χωρούσης ἐπὶ τοὺς ἀξίους, καὶ τῶν λοιπῶν κατὰ ¹⁶ τὸ κοινὸν συστάσεως

8. ἀναπίπτοντας ἄτερ βίου] Sic Dechair. (cum Barnesio) et Lindner. Codd. msti et Gesner. Morell. Duc. Rechenb. δ' ἀναπίπτοντας ἀτάρ θεοῦ. Solus Lub. δ' ἀναποκίπτοντας ex δ' ἀναπίπτοντας fecit; Arg. verbis ἀτάρ θεοῦ praemisit τ' particulam; Mon. supra secundam vocis ἀταρ syllabam (sine accentu scriptam) s praebet, ut ἄτερ legatur. Maran. δ' ἀναπίπτοντας ἄτερ βίου. Pro δ' ἀναπίπτοντας Gesnerus malit legere καταπίπτοντας vel ἀποκίπτοντας.

9. τοὺς δ' εὐτ. ἄ.] Gesner. Morell. Rechenb. Maran. δὲ pro δ' ediderunt. Gesnerus coniecit scribendum τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην, ut hactenus sint verba Euripidis ac deinde Athenagoras subiiciat εὖ πράττειν ἢ κακῶς κτλ. Sed hoc pacto ista ad primaeuam suam puritatem non sunt restituta. Cf. n. 5.

10. ἀφασία] Arg. ἀφουσία (sic).

11. ἢ τοιαύτη] Bodl. 1. 2. Aet. ἦτοι αὐτῆ. Marano pro ἦ placet ἦ.

12. Πῶς ... χρώμεθα] Incertae Euripidis fabulae fragmentum. Cf. Matth. et Wagner. ll. cc. — Pro εἰσορῶντες Par. 2. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. εἰσορῶντας. Pro γένος Bodl. 1. 2 ἐνός, Aet. ἔνος. Pro λέγωμεν Arg. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. Aet. λέγομεν. Pro ἢ Par. 2. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. Aet. εἰ. Cf. c. 21. n. 21. Bodl. 1. 2. Aet. non νόμοισι sed νόμοις. Cf. Eur. Hippol. 97: εἰπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.

13. Ἀριστοτέλη] Lub. Ἀριστοτέλην, „quod non reiicio, quum et apud Xenophontem legatur Σωκράτην et apud Platonem Ἀριστοφάνην.“ Kaiser. Sed lectio vulgata auctoritate omnium caeterorum codd. mstorum gaudet. Mox editi ἐπίσης coniunctim. Aristoteles (De mundo c. 6) providentiam extendit usque ad

*Alios e domo lapsos sine victu,
Alios fruentes rebus prosperis ducat.*

Hi praeter spem et praeter aequitatem prosperi aut adversi successus eo redegerant Euripidem ut eloqui non posset, cuinam adscribenda sit eiusmodi administratio eorum quae circa terram sunt, de qua quidem non iniuria dicas:

*Ergo haec videntes quomodo deorum genus
Dicamus esse, aut legibus obsequamur?*

Id quoque Aristotelem induxit ut quae coelo inferiora sunt nullâ regi providentiâ diceret, quamvis aeterna dei providentia nobis aequabiliter praestetur:

*Terra coacta, seu velit seu non velit,
Producit herbas et meum pascit pecus:*

quae autem ad singulos pertinet ad veritatem, non ad opinionem, pro meritis cuiusque procedat, et caetera secundum communem

sphaeram lunarem: terram vero et terrena, utpote inferiora, casui obnoxia esse. Eusebius Praepar. ev. XV. c. 5: Ὁ Ἀριστοτέλης, μέχρι σελήνης στήσας τὸ θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη περιγράφει τῆς τοῦ θεοῦ διοικήσεως. Vid. Heinitzen. ad h. l. Theodoretus De curat. Graec. p. 77: τὰ γὰρ δὴ μέχρι σελήνης ἰθύνειν ἔφησε τὸν θεόν, τὰ δὲ γε ἄλλα ὑπὸ τῆς εἰμαρμένης τετάχθαι. Existimat Eusebius XIII. c. 13. §. 4 Aristotelem quoad hanc sententiam Psalmo 35, 6 deceptum: Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ εἶός σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. Scilicet psalmos legit!

14. Ἡ γῆ... βοτὰ] Eurip. Cycl. 332 sq. — Mon. δὲ pro δ'. Editi (praeter Duc.) ἀνάγκη, sine ε sub-scripto. Eurip. non φύουσα sed τίπτουσα. Codd. msti et editi, exceptis Ducasano et Maraniano (Duc.

πόαν), φύουσαν οἶαν. Errorem iam Sophianus (in Mon.) et Gesnerus notaverunt; in Lub. litura est, a prima manu facta: φύουσα οἶα. Mon. βοητά, in marg. corrector βοτὰ.

15. δὲ] Sic codd. msti. Editi δ'. Mox Aet. μέρος, non μέρους. Ut supra c. 24 τὴν παντελικὴν καὶ γευικὴν τῶν ὄλων πρόνοιαν et τὴν ἐπὶ μέρος distinxit, ita hic τὴν ἀττιον πρόνοιαν et τὴν ἐπὶ μέρος. Vox παντελικὸς demum occurrit apud Patres (Method. et Epiphan.) easque ad providentiam relata, ut Stephani Thes. gr. ling., ed. C. B. Hase, testatur.

16. τὸ κ. σ. νόμῳ λόγου] Haec Maran. ex Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. restituit pro vulg. τὸν κ. σ. νόμον λόγου. Illam lectionem etiam Arg. Lub. Mon. indicant, in quibus comparet τὸ κ. σ. νόμων (Arg. νό-

νόμῳ λόγου προνοουμένων. Ἄλλ' ἐπεὶ αἱ ἀπὸ ¹⁷ τοῦναντίου πνεύ-
ματος δαιμονικαὶ κινήσεις καὶ ἐνέργειαι τὰς ἀτάκτους ¹⁸ ταύτας
ἐπιφορὰς παρέχουσιν, ἤδη καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄλλον ἄλλως, καὶ
καθ' ἓνα καὶ κατὰ ἔθνη, μερικῶς καὶ κοινῶς, κατὰ τὸν τῆς ὕλης
¹⁹ λόγον καὶ τῆς πρὸς τὰ θεῖα συμπαθείας, ἐνδοθεν καὶ ἔξωθεν ²⁰
κινουῦσαι, διὰ τοῦτό τινες, ὧν δόξαι οὐ μικραί, ἐνόμισαν οὐ τάξει
τινὶ τὸ πᾶν τοῦτο συνεστάναι, ἀλλ' ἀλόγῳ τύχῃ ²¹ ἄγεσθαι καὶ
φέρεσθαι, οὐκ εἰδότες ὅτι τῶν μὲν περὶ τὴν ²² τοῦ παντός κό-
σμου σύστασιν οὐδὲν ἄτακτον οὐδὲ ἀπημελημένον, ἀλλ' ²³ ἕκα-
στον αὐτῶν γεγονὸς λόγῳ, διὸ οὐδὲ τὴν ὠρισμένην ἐπ' αὐτοῖς
παραβαίνουσι τάξιν, ὃ δὲ ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὸν πεποιοηκότα
καὶ αὐτὸς εὐτάκτως ἔχει, καὶ τῇ κατὰ τὴν γένεσιν φύσει, ²⁴ ἓνα
καὶ κοινὸν ἐπεχούσῃ λόγον, καὶ τῇ κατὰ τὴν πλάσιν διαθέσει, οὐ ^B
παραβαινούσῃ τὸν ἐπ' αὐτῇ νόμον, καὶ τῷ τοῦ βίου τέλει, ἴσῳ
καὶ κοινῷ ²⁵ μένοντι, κατὰ δὲ τὸν ἴδιον ἑαυτῷ λόγον καὶ τὴν
τοῦ ²⁶ ἐπέχοντος ἄρχοντος καὶ τῶν παρακολουθούντων δαιμόνων
ἐνέργειαν ²⁷ ἄλλος ἄλλως φέρεται καὶ κινεῖται, κοινὸν πάντες τὸν
ἐν ²⁸ αὐτοῖς ἔχοντες λογισμόν.

26. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ εἰδῶλα αὐτοὺς ἔλκοντες οἱ δαιμονές
εἰσιν οἱ ¹ προειρημένοι, οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων
αἵματι καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι· οἱ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες ^C
θεοὶ καὶ ταῖς εἰκόσιν ἐπονομαζόμενοι, ὡς ἔστιν ἐκ τῆς κατ'

ρο) λόγου. Haud igitur opus Ges-
neri coniectura τὸν κ. σ. νόμον λό-
γῳ (Lindn. μετὰ λόγου).

17. τοῦν.] Arg. τοῦ ἐναντίου.
Antea Bodl. 1 ἐπὶ pro ἐκεῖ. Tum
Aet. non ἐνέργειαι sed ἐνέργεια.

18. ταύτας ἐπιφορὰς] Bodl. 1.
2. Aet. ἐπιφορὰς ταύτας.

19. λόγον] Mon. omisit.

20. ἄγ. κ. φέρ.] C. 1. n. 18.

21. τοῦ παντός] Arg. αὐτοῦ
τοῦ παντός.

22. ἕκαστον] Galland. ἕκαστος.
Tum, ante ὃ δὲ ἄνθρωπος, editores
falso punctum posuere.

23. ἓνα] Maran. καὶ ἓνα, citra
codd. mstorum auctoritatem.

24. μένοντι] Bodl. 1. 2. Aet.
λέγοντι. Mox Maran. ex ἑαυτῷ se-
cit ἑαυτοῦ.

25. ἐπέχοντος] Bodl. 1. 2 ἀπέ-
χοντος. Clar. ἄρχοντος omisit. Cum
ἐπέχοντος ne subsudias τὸν ἄνθρω-
πον (Semler in S. J. Baumgartens
Untersuch. theol. Streitigk. T. II.
p. 74) sed τὴν ὕλην καὶ τὰ αὐτῆς,
sive ἐν αὐτῇ, εἶδη (c. 24). Cf. c. 8.
n. 10. Hic sine casu significat prin-
cipem dominantem s. imperantem.
Cf. c. 24. n. 19. Verba praecedentia

naturae constitutionem lege rationis gubernentur. Sed quia profectae a contrario spiritu daemonicae motiones et operationes inordinatos hos impetus excitant, insuper et homines alium aliter, et singulos et universos, privatim et communiter, pro ratione materiae et cognationis cum divinis rebus, intus et exterius movent: propterea nonnulli, quorum existimatio non levis est, censuerunt nullo ordine hoc universum consistere, sed temerario casu agi et ferri, non intelligentes ex iis quidem quae ad totius mundi constitutionem attinent nihil inordinatum aut neglectum esse, sed unumquodque ratione fieri, unde nec praescriptum sibi ordinem transgrediuntur, hominem autem, quantum ad eum quidem a quo factus est spectat, tum ortus naturâ, quae unam et communem rationem tenet, tum corporis quod formatur dispositione, quae convenientem ipsi legem non transgreditur, tum vitae exitu, qui par et communis manet, ordinate se habere, quantum vero ad propriam ipsi rationem et ad dominantis principis et assectantium daemonum operationem spectat, alium aliter ferri et moveri, quamvis communis insit omnibus ratiocinandi facultas.

26. Et ii quidem qui ad simulacra homines trahunt daemones sunt supradicti, qui victimarum sanguini affixi sunt easque lambunt; dii autem illi qui vulgo placent quorumque nomina statuis imponuntur homines fuerunt, ut licet ex eorum

κατὰ δὲ τὸν ἴδιον ἑαυτῷ λόγον (respondent superioribus κατὰ μὲν τὸν πεποιηκότα, ex consilio creatoris) ea indicant ad quae homo ipse sua voluntate inclinat; nam ἄνθρωποι habent ἀνθάλαστον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν (c. 24). Accedit hominis cognatio cum materia (c. 27).

26. ἄλλος] Morell. et Duc. mendose praetermiserunt.

27. αὐτοῖς] Sic codd. msti. Editi (exc. Duc.) αὐτοῖς. Cf. c. 2. n. 9.

1. προειρημ.] In Mon. superscriptum est η, ut προηρημένοι legatur. In Arg. additum est καὶ; sed articulus repetitus (c. 25. p. 28 A) nil offensionis praebet. Mox Lub. et Mon. προσεστηκότες, non προστετηκότες. Tum Bodl. 1 et Aet. τῶν pro τῷ. Dein Arg. ἱερέων et περιλιχνώμενοι, Aet. περιλιχώμενοι. Daemones lambunt victimas; circa mundum enim oberrant (c. 25). Caeterum adi Iustin. Apol. I. c. 5 et Ap. II, c. 5. Minuc. Fel. Octav. c. 27. §. 3.

αὐτοὺς ἱστορίας εἰδέναι, ἄνθρωποι ²γεγόνασιν. Καὶ τοὺς μὲν δαίμονας εἶναι τοὺς ἐπιβατεύοντας ³τοῖς ὀνόμασι πίστις ἢ ἐκάστου αὐτῶν ἐνέργεια. ⁴Οἱ μὲν γὰρ ἀποτέμνουσι τὰ αἰδοῖα, οἱ περὶ τὴν Ῥέαν, ⁵οἱ δὲ ἐγκόπτουσι ἢ ἐντέμνουσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν, ⁶καὶ ἢ μὲν ἐν Ταύροις φονεῦσι τοὺς ξένους· ἐῷ γὰρ τοὺς ταῖς μαχαίραις καὶ ⁷τοῖς ἀστραγάλοις αἰκίζομένους ⁸αὐτοὺς λέγειν καὶ ὅσα εἶδη δαιμόνων· οὐ γὰρ θεοῦ κινεῖν ἐπὶ τὰ παρά φύσιν.

⁹Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά,

D

Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον.

Ὁ δὲ θεός, ¹⁰τελείως ἀγαθὸς ὢν, αἰδώς ἀγαθοποιός ἐστιν. Τοῦ τοίνυν ἄλλους μὲν εἶναι τοὺς ἐνεργοῦντας, ¹¹ἐφ' ἑτέρων δὲ ἀνίστασθαι τὰς εἰκόνας, ἐκείνο μέγιστον τεκμήριον, Τρωὰς καὶ Πάριον· ¹²ἢ μὲν Νερυλλίνου εἰκόνας ἔχει, ὅς ἀνὴρ τῶν καθ'

2. γεγόνασιν] Lub. γεγόνασι.

3. τοῖς ὀνόμασι] Nempe quae statuis imponuntur. Sensus: Dæmones nomina deorum sive hominum, quae statuis imponuntur, sibi vindicant. Frustra igitur Io. Alb. Fabricius (Hist. crit. de la rép. des lettres T. IX. p. 134) suspicatur legendum τοὺς ἐπιβατ. τοῖς νοήμασι (c. 27. n. 14), scil. τῶν ἀνθρώπων, = τοὺς ἔλκοντας τοὺς ἀνθρ. περὶ τὰ εἰδωλα. Praecedenti μὲν respondet infra Ὁ δὲ θεός etc. Cf. c. 24. n. 18.

4. Οἱ μὲν ... Ῥέαν] Part. γὰρ docet in Lub. Ibidem verba οἱ περὶ τὴν Ῥέαν usque ad ἐντέμνουσιν praetermissa sunt librarii negligentia. — Deum mater et amavit formosum adolescentem et eundem cum pellice deprehensum exsectis virilibus semivirum reddidit, et ideo nunc sacra eius a Gallis sacerdotibus celebrantur. Lactant. Inst. div. I. c. 24. Tatian. Orat. ad Gr. c. 8 (n. 9).

5. οἱ δὲ ... Ἄρτεμιν] Arg. ἐντέ-

μνουσι pro ἐντέμνουσιν. — Dianam intelligit Aricinam, cuius sacerdos rex dicebatur; erat servus aliquis fugitivus, qui tamdiu sacerdotio praeserat donec gladio eum fugitivus alius servus fortior vinceret. Ovid. Fast. III. 271. Tatian. l. c. c. 29 (n. 4).

6. καὶ ἢ μὲν ... ξένους] Expectabas in sequenti oratione particulam δὲ respondentem praegresso μὲν (c. 24. n. 6). Sed auctor sermonem abrumpit: non vult plura tantae crudelitatis exempla afferre, id quod etiam sequens γὰρ indicat. — De Diana Taurica satis constat. Ovid. Trist. IV. 4, 63. Minuc. Fel. c. 30. §. 4.

7. τοῖς ἀστραγάλοις] Ἀστραγαλωταὶ μάστιγες ab Eustathio nominantur Iliad. ξ et ψ. κατεκροτοῦντο δὲ [φησιν] ἐξ ἀστραγάλων ἢ τοιούτων τινῶν ἐνειρομένων. Gesner.

8. αὐτοὺς] Sic ex Par. f. 2. Lub. Bodl. 1. 2. Mon. reposui pro

historia cernere. Ac daemones quidem esse qui in haec nomina invadunt argumento est cuiusque illorum operatio. Alii enim virilia exsecant, ut Rhea, alii vulnerant et incidunt, ut Diana, et Taurica hospites necat; omitto enim eos dicere qui se cultris et flagellis dilacerant et quot sint daemonum species: non enim dei est ad ea quae sunt contra naturam impellere.

*Si daemon viro parat mala,
Mentem laedit primum.*

Deus autem, quum perfecte bonus sit, perpetuo beneficus est. Alios igitur esse qui operentur, alios quorum ratione habitata erigantur statuae, maximo sunt documento Troas et Parium: quarum civitatum altera statuas habet Neryllini, qui nostra

vulg. αὐτοῦς. Scriptor non reflexive loquitur. Cf. c. 2. n. 9.

9. Ὅταν ... πρώτον] Incerti tragici fragmentum. Barnesius Euripidi tribuit. Cf. Poett. trag. gr. fragm., ed. F. G. Wagner, Vol. III (Vratisl. 1848) p. 222 sq. Laudatur etiam a scholiaste Soph. Antig. 620: Μετὰ σοφίας γὰρ ὑπὸ τινος ἀολιδιμον καὶ κλεινὸν ἔπος πέφανται, τὸ Ὅταν κτλ., ita quidem, ut in v. 2 post πρώτον additum sit: ἃ βούλεται. Simillimam sententiam suppeditat fragmentum incerti tragici apud Lycurgum c. Leocr. §. 94 ed. Bekk. (ap. Wagn. l. c. p. 206). — Bodl. 1. 2. Mon. Aet. ὅταν ὁ δαίμων. Lub. ὅτ' ἂν ὁ δαίμων.

10. τελείως] Arg. Bodl. 1. 2 τέλειος, Aet. τελειός. Mox Arg. ἀτδιος, sed superaddito ω.

11. ἐφ' ἑτέρων] Suffr. Petrus transtulit: nomine aliorum. Gesnerus melius hīc, quoad sententiam scriptoris, legendum esse suspicatus est ἐφ' ἑτέροις, „in honorem alio-

rum“, qua quidem structura Noster aliquoties utitur. Eandem lectionem Sophianus in Mon. indicat punctis (:) supra ω positis. At vero vulgata lectio est proba. Illa enim praepositio cum gen. interdum ad rationem transfertur, quae est alicuius rei vel personae ad aliquem vel ad aliquid, ubi Latini dicunt quod attinet ad, ratione habitata, nostrates in Beziehung auf, hinsichtlich, seq. genit. nunc personae (Xenoph. Mem. Socr. II. c. 3. §. 2) nunc rei (l. c. III. c. 9. §. 3, coll. Herbst. ad III. c. 3. §. 2). Plura exempla attuli ad Iustin. Mart. Apol. I. c. 4. n. 3, Cohort. ad Gent. c. 2. n. 9, Quaest. et Respp. ad Orthod. 96. n. 1. — Paulo ante Aet. αὐτοῦς pro ἄλλους. Mox idem cum Bodl. 1 πάρην pro Πάριον.

12. ἡ μὲν etc.] Mon. νεφυλλιον. Bodl. 1. 2 νεφυλλιν. Aet. νεφυριλλιν, in marg. autem literis miniativis Νεφυλλίνις. In Lub. verba καὶ Πρωτίως· τοῦ Ἀλεξάνδρου omissa

ἡμᾶς, τὸ δὲ Πάριον Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως· τοῦ Ἀλεξάνδρου
 ἔτι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ ὁ τάφος καὶ ἡ εἰκὼν. Οἱ μὲν οὖν ἄλ- 30
 λοι ἀνδριάντες τοῦ ¹³ Νερυλλίνου κόσμημά εἰσι δημόσιον, ¹⁴ εἴ-
 περ καὶ τούτοις κοσμεῖται πόλις, εἰς δὲ ¹⁵ αὐτῶν καὶ χρηματίζειν
 καὶ λᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται, καὶ θύουσι ¹⁶ τε δι' αὐτὰ καὶ
 χρυσῶ περιαλείφουσι καὶ στεφανοῦσι τὸν ¹⁷ ἀνδριάντα οἱ Τρωα-
 δεῖς. Ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ¹⁸ ὁ τοῦ Πρωτέως (τοῦτον δ'
 οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν),
 ὁ μὲν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν, ¹⁹ τῷ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου
 [²⁰ Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανές]

δημοτελεῖς ἄγονται θυσίαι καὶ ἑορταὶ ὡς ἐπηκόῳ θεῷ. Πότερον B
 οὖν ὁ Νερυλλῖνος καὶ ὁ Πρωτεύς καὶ ὁ Ἀλέξανδρός εἰσιν· οἱ
 ταῦτα ἐνεργοῦντες περὶ τὰ ἀγάλματα ἢ τῆς ὕλης ἢ σύστασις;
 Ἄλλ' ἢ μὲν ὕλη χαλκός ἐστιν. Τί ²¹ δαὶ χαλκός δύναται καθ'
 ἑαυτὸν, ὃν μεταποιῆσαι πάλιν εἰς ἕτερον σχῆμα ἔξεστιν, ὡς τὸν
 ποδονιπτῆρα ὁ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Ἄμασις; Ὁ ²² δὲ Νερυλλῖνος

sunt; causa mendi est repetitum
 Ἀλεξάνδρου. — 1°. De Neryllino
 nihil usquam reperio. 2°. Alexan-
 drum, praesertim quum paullo post
 Homeri de Paride versus citetur,
 editores, Gesnerum secuti (etiam
 Lindnerus et Clarisse De Athenag.
 vit. et scriptt. p. 32), accipiunt de
 illo Priami filio qui alio nomine Paris
 dicebatur. Sed haud dubie versus
 iste Homericus ab aliquo huius loci
 lectore, quod virum de Paride inter-
 presaretur, in margine vel supra li-
 neam adscriptus erat et postea in
 ipsum textum irrepsit. Cf. c. 14.
 n. 10. Vides illum versum inchoatam
 narrationem intercidero. Quid igitur?
 Intelligit Athenagoras notum
 quendam sui aetatis hominem. Til-
 lemontius (Mémoires T. II. p. 350.
 672) coniicit hunc Alexandrum fuisse
 sceleratum istum hominem qui ab
 urbe, in qua haud multo ante obi-

tum Marci Aurelii obiit, nomen Ἀβω-
 νοτειχίτης accepit; vitam eius Com-
 modi tempore Lucianus („Ἀλέξαν-
 δρος ἢ ψευδόμαντις“) scripsit. Re-
 sistit vero ipse Athenagoras, dum
 Alexandrum in foro Pariorum aepul-
 tum esse perhibet, quum e contrario
 ille in paphlagonia urbe Ἀβώνου τει-
 χος dicta mortuus et humatus sit.
 Qua de causa Moshemius (Diss. de
 vera aetate Apologetici Athen. §. VII)
 significatum censet esse „vafrum
 quendam et callidum veteratorem“,
 quorum multos illa aetate novimus
 per Graeciam et Asiam migrasse:
 „qui quum vivus falsis mortales pro-
 digiis in sui venerationem protraxis-
 set, mortuus etiam a plebe deus sa-
 lutatus est.“ 3°. Proteus est ap-
 prime notus ille philosophus cynicus,
 patriā Parianus, de quo Lucianus
 (Περὶ Περσείων τελευτῆς) expo-
 suit, id quod etiam scholion in marg.

vixit aetate, Parium autem Alexandri et Protei; Alexandri adhuc in foro sepulcrum et simulacrum est. Ac caeterae quidem statuae Neryllini publicum ornamentum sunt, siquidem et his ornatur civitas; una autem ex illis et oracula edere et aegros sanare existimatur, ac propterea sacra faciunt et auro illinunt et coronant statuam Troadenses. Quod vero ad Alexandri et Protei statuas spectat (hunc autem non ignoratis se in ignem circa Olympiam iniecisse), huius etiam statua oracula dicitur edere, Alexandri autem statuae

[*Infelix Paris, forma pulcherrime, mulierose*]

sacrificia publicis sumtibus et dies festi tamquam exaudienti deo peraguntur. Utrum igitur Neryllinus et Proteus et Alexander haec circa statuas operantur an ipsa materiae natura? At materia aes est. Quid tandem aes per se potest, quod rursus aliam in formam diffingere licet, velut pelvim ille apud Herodotum Amasis? Neryllinus autem et Proteus et

Par. 1 et 2 monet: Τοῦτον λέγει Πρωτῆα περὶ οὗ Λουκιανὸς γράφει, ὃν ἐκεῖνος καὶ Περιγρῖνον καλεῖ.

13. Νερυλλίνου] Bodl. 1. 2. Aet. Νερυλλίνου.

14. εἴπερ] Bodl. 1. 2 ὑπέρ. Gesner. male reddidit: „nam his quoque civitas ornatur.“

15. αὐτῶν] Deest in Lub.

16. τε] Bodl. 1 δὲ. — Dechairs. iubet legi δι' αὐτόν. Non muto. Est δι' αὐτὰ propter ea, h. e. propter oracula et morborum sanationem.

17. ἀνδριάντα] Bodl. 1. 2 ἄνδρα.

18. ὅ] Deest in Arg. De re cf. Prolegg. c. VII. p. LXXIII.

19. τῷ δὲ τοῦ Ἀλ.] Arg. αὐτῷ ἀλεξάνδρῳ.

20. Δύσπαρι . . . γυναιμανές] Homer. II. III. 39. Adeas supra n. 12.

21. θα] Par. 2. Arg. Bodl. 1.

2 δὲ. Cf. c. 24. n. 1. Deinde ἑαυτόν ex Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Aet. refixi pro vulg. αὐτόν. Pro ὃν μεταπ. Arg. ὧν μεταπ. — De sententia cf. Epist. ad Diogn. c. 2; coll. libr. meum De Ep. ad Diogn., ed. 2, p. 99. Amasis, Aegyptiorum rex, ut Herodotus II. c. 163 refert, quum ab illis minoris fieret, eo quod non esset splendido loco natus, lepido commento populi iudicium castigavit; siquidem auream pelvim, quae tum suis tum procerum pedibus lavandis diu usurpata fuerat, in dei simulacrum converti iussit, quod cum singulari veneratione prosequerentur Aegyptii: illud nempe simulacrum, quod ex vili pelvi transformatum esset, nihilo magis honore afficiendum, quam se qui ex humili fortuna ad regiam adscendisset.

22. δὲ] Morell. Duc. Maran. errore omiserunt.

καὶ ὁ Πρωτεύς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος τί πλέον τοῖς νοσοῦσιν; Ἄ γὰρ ἡ εἰκὼν λέγεται νῦν ἐνεργεῖν, ²³ ἐνήργει καὶ ζῶντος καὶ νοσοῦντος Νερυλλίνου.

27. Τί οὖν; Πρῶτα μὲν αἱ τῆς ψυχῆς ἄλογοι καὶ ἰνδαλ- C
ματώδεις περὶ τὰς δόξας κινήσεις ἄλλοτε ἄλλα εἰδῶλα, τὰ μὲν
ἀπὸ τῆς ὕλης ἔλκουσι, τὰ δὲ ¹ αὐταῖς ἀναπλάττουσι καὶ κνοῦσι.
² πᾶσχει δὲ τοῦτο ψυχὴ μάλιστα τοῦ ὕλικου προσλαβοῦσα καὶ
³ ἐπισυγκραθεῖσα πνεύματος, οὐ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὸν τού-
των ποιητὴν ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ ἐπίγεια βλέπουσα, ⁴ καθολι-
κῶς εἰς γῆν, ὡς μόνον αἷμα καὶ σὰρξ, οὐκέτι πνεῦμα καθα-
ρὸν ⁵ γινομένη. Αἱ οὖν ἄλογοι αὐταὶ καὶ ἰνδαλματώδεις ⁶ τῆς
ψυχῆς κινήσεις εἰδωλομανεῖς ἀποτίκτουσι φαντασίας. Ὅταν δὲ
⁷ ἀπαλή καὶ εὐάγωγος ψυχὴ, ἀνήκοος ⁸ μὲν καὶ ἄπειρος λόγων D
ἐρρωμένων, ἀθεώρητος δὲ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπερινόητος δὲ τοῦ
πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὄλων, ⁹ ἐναποσφραγίσηται ψευδεῖς περὶ
¹⁰ αὐτῆς δόξας, οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς
¹¹ κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἄπατηλοὶ δὲ ἀνθρώ-
πων, προσλαβόντες τὰς ¹² ψευδοδόξους ταύτας τῶν πολλῶν τῆς
ψυχῆς κινήσεις, ¹³ φαντασίας αὐτοῖς ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ

23. ἐνήργει] Codd. msti et editi
ἐνεργεῖ. Illud Maranus commenda-
vit: ego recepi in textum. „Mor-
tuis enim Neryllinus, cum haec scri-
beret Athenagoras, quamvis non
multo ante mortuus, ut patet ex su-
perioribus verbis: ὃς ἀνὴρ τῶν
καθ' ἡμᾶς. Illud etiam νῦν, quae
nunc efficere statua dicitur, pro-
bat legendum esse ἐνήργει, ita ut
his quae tunc statua efficere dice-
batur ea opponantur quae ipso vi-
vente et segrotante Neryllino effe-
cerat.“ Arg. νερούλλον, non Νε-
ρυλλίνου.

1. αὐταῖς] Ita codd. msti. (Bodl.
1. 2 δ' αὐταῖς.) Editi αὐταῖς. Cf. c.
2. n. 9. Paulo ante Lub. ἄλλοτ'.
Idem postea κνοῦσι.

2. πᾶσχει etc.] Similia fere do-
cet Tatianus, e. g. c. 13 (Corp. Apoll.
Vol. VI) p. 62. Cf. Clarisse De Athe-
nag. p. 67. 110. — Pro πᾶσχει Bodl.
1. 2 πᾶσχοῦσιν, Aet. πᾶσχοῦσι.

3. ἐπισυγκρ.] Bodl. 1. 2. Mon.
ἐπισυγκραθεῖσα.

4. καθολ. εἰς γῆν] Haec appo-
nuntur ad verba πρὸς τὰ ἐπίγεια
magis efferenda. Praeter necessita-
tem Dechairius proposuit καθολ.
καὶ εἰς γῆν, Maranus καθελκομένη
εἰς γῆν („depressa ad terram“),
Lindnerus καθολ. δὲ εἰς γῆν.

5. γινομένη] Bodl. 1. 2. Aet.
γιγνώμενον. Mon. et Ben. γιγνο-
μένη. Caeteri codd. msti γινομένη.
Editi γιγνώμενη. Cf. c. 6. n. 19.

6. τῆς] Deest Aet. Pro εἰδω-

Alexander quid prosunt aegrotantibus? Nam quae nunc statua operari dicitur, ea operabatur etiam vivente et aegrotante Neryllino.

9. *Τμίν*] Id ex Par. 1 repósi pro lectione vulgata *ὑμῖς*, qua totus locus perturbatur. Lindner. edidit: *ὑμῖς μὲν οὖν* (καὶ . . . ὑπερφρονοῦντες) *οἷς* κτλ.: ita quidem ut coactus sit cum participio *ὑπερφρ.* subaudire *ἑστέ* (coll. n. 10) et *ὑμῖς μὲν οὖν* iungere cum *ἑστέ τούτους* κτλ. Mittamus futilem parenthesis! Illud *ὑμῖν* iam Stephanus putavit legendum, ut sit *εὐ οἶδα ἀπολελογησθαι ἑμαυτὸν ὑμῖν* h. e. *πρὸς ὑμᾶς*. Vocem *ἑμαυτὸν* interpretes causam meam reddidere; significat Athenagoram qui personam cuiusvis Christiani egit, scilicet *ἀνυπαίτιος καὶ ἀνεκλήπτου ἑκαστος ἡμῶν ἄνθρωπος*.

10. *πάντας ὑπερφρ.*] Bodl. 2 *πάντα ὑπερφρονοῦντε* in duali, quia ad duo imperatores sermo est. In Arg. supra participium scriptum est *εἰ* et *τε*, ut *ὑπερφρονεῖτε* legatur;

videlicet scepit locum librarie in modum Lindneri (n. 9). Membrum autem *οἷς ὁ βλος* κτλ. apte et eleganter membro sequenti *τούτους μὴδ'* κτλ. praemittitur.

11. *ἑκαστος*] Codd. msti et editi *ἐκάστου*. Casus genitivus aperte fluxit a sequenti *ἡμῶν*. Iam Gesnerus nominativum legi voluit. Maranus vero *ἐκάστου* censuit retinendum, quia *ἄνθρωπος* hoc loco i. q. *ψυχὴ* appelletur, ac proinde „homo uniuscuiusque nostrum“ sit „anima uniuscuiusque“. Quamquam non potuit talem vocabuli *ἄνθρωπος* usum exemplis confirmare. In Arg. primum scriptum est *ἄνος*, sed *ος* crasum, ut *ἐκάστου ἡμῶν ἂν αὐτῷ γένοιτο* legatur. Bodl. 1 non *ἄνθρωπος* sed *ἄνθρωπον*. Pro *αὐτῷ* Bodl. 1. 2. Clar. Act. *αὐτῶν*, Morell. et Duc. mendose *αὐτοῦ*. Tum Lub. et Mon. *γένοιτα*.

12. *ἐλευσομένους*] Bodl. 1. 2 *ἐλευσομένου*.

ἐνταῦθα βίον βιώσασθαι πεπεσμεθα, ¹³ κἄν ὑποπτεύειν ἐνὴν δου-
λεύοντας σαρκὶ καὶ αἵματι ἢ κέρδους ἢ ἐπιθυρίας ἐλάττους γε-
νομένους ἀμαρτεῖν. ¹⁴ ἐπεὶ δὲ ἐφρονημένοι μὲν οἷς ἐννοοῦμεν,
οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν θεὸν οἶδαμεν,
πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὄραν,
πεπεσμεθα τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλαγέντες βίου βίον ἕτερον βιώ- D
σασθαι, ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπί-
γειον (ὡς ¹⁵ ἂν μετὰ θεοῦ καὶ σὺν θεῷ ἀκλινεῖς καὶ ἀπαθεῖς
τὴν ψυχὴν, οὐχ ὡς σάρκες, κἄν ἔχωμεν, ἀλλ' ὡς οὐράνιον πνεῦ-
μα, μενοῦμεν), ¹⁶ ἢ συγκαταπίπτοντες τοῖς λοιποῖς χεῖρονα καὶ
διὰ πυρός· οὐ γὰρ ¹⁷ καὶ ἡμᾶς ὡς πρόβατα ἢ ὑποζύγια, πά-
ρεργον καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθῆμεν, ἔπλασεν ὁ θεός.
'Ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς ἡμᾶς ἐθιλοκακεῖν, οὐδ' ¹⁸ αὐτοὺς τῷ με-
γάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῆ.

32. ¹ Τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν
ἢ περὶ τῶν σφραγίστων λέγουσι θεῶν· καὶ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύ- 36
ουσι μυστήρια. ² Χρῆν δ' αὐτούς, εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας καὶ

13. κἄν ὑ. ἐνὴν] Lindner. con-
iecit ὑποπτεύειν ἂν ἦν, neglecto
κἄν. Corrupta usus est emendare,
antequam sana intellexit.

14. ἐπεὶ δὲ etc.] Pro οἷς ἐν-
νοοῦμεν Bodl. 1. 2. Aet. ἐνομοῦ-
μεν. Non οἶδαμεν Lub. sed οἶδα
μὲν, Mon. οἶδα. Pro φῶς Lub.
σαφῶς, syllaba σα punctis subnota-
ta; idem τὰ, ante ἐν τῇ καρδίᾳ,
omisit. Infin. ὄραν in Bodl. 1. 2.
Aet. desideratur. Tum pro ἀπαλ-
λαγέντες Mon. ἀπαλλαγῆναι. Post
βίου deest ἕτερον in Bodl. 1. 2.
Aet. Pendet ὄραν ab οἶδαμεν.
De chairio legendum potius videtur:
καὶ πεπεσμεθα τοῦ ἐνταῦθα κτλ.
Gesnero et Marano: ... ὄραν πε-
πεσμεθα, καὶ (sc. πεπεσμεθα)
τοῦ ἐνταῦθα κτλ. Omnes nempe

incipiunt apodosin a verbis ἐπὶ τού-
τοις οὐκ εἰκὸς κτλ., proxime ante-
cedentia οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς ad ἔπλα-
σεν ὁ θεός usque parenthesi inclu-
dentes. Io. Alb. Fabricius (Hist.
crit. de la rép. des lettres T. IX.
p. 135) legit ἢ ἀμείνονα, quando-
quidem sequatur ἢ χεῖρονα. Con-
sideratius Lindner. prius ἢ mente
supplevit. — Deus πάντα φῶς ὦν
coll. c. 16. n. 6.

15. ἂν ... μενοῦμεν] Particula
ἂν cum futuro indic. haud omnino
inusitate dicitur. Epist. ad Diogn.
c. 4: τίς ἂν ... ἠγγήσεται τὸ δεῖ-
γμα; Tatian. Or. ad Gr. c. 18: τοῖς
κακοῖς ἂν ... καταχρήσονται. Adeas
quos in libro De Ep. ad Diogn. (ed.
2) p. 103 laudavi. Lub. μετὰ τοῦ
θεοῦ. Bodl. 1. 2. Aet. τὴν ψυχὴν

terra hanc vitam nos victuros crederemus, tum forsani suspi-
cari liceret nos, carni et sanguini inservientes, vel avaritia
vel cupiditate victos peccare; sed quum iis quae cogitamus,
quae loquimur, deum tum noctu tum interdum adesse sciamus,
eumque, quum totus lumen sit, ea etiam quae in cordibus
nostris latent videre: persuasum habemus nos hac terrestri
vita liberatos aliam vitam victuros esse, praestantiorē ista
terrestri eamque coelestem, non terrenam (quippe quum apud
deum et cum deo extra omnem immutationem et perpersionem
animae, non ut caro, etsi carnem habituri sumus, sed ut
coelestis spiritus, mansuri simus), vel collapsos cum caeteris
deteriorem eamque in ignis supplicio; non enim deus quem-
admodum pecora aut iumenta ita etiam nos finxit, perfun-
ctorie et ut periremus et evanesceremus. Propter haec veri-
simile non est ut lubenter peccemus, nosque magno iudici
tradamus puniendos.

32. Iam minime mirum [est] quod illi ea nobis affingunt
quae dicunt de diis suis: quorum passiones mysteria efficiunt.
Decebat autem ut, si licentiose et promiscue misceri damna-

praetermiserunt. „An pleonasmus
hic est? an *μετὰ θεοῦ* simpliciter
apud deum significat, *σὺν θεῷ* vero
deo adiuvante?” quaerit Gesnerus.
Respondet Lindnerus: „Ego poste-
rius crediderim.“

16. ἦ] Gesner. coniecit *οὐ* le-
gendum. Sed, ut Dechair. iam mo-
nuit, illud ἦ praesferendum est. Tum
Act. *καταπίπτοντες*, in marg. vero
altera vox scripta est.

17. *καὶ ... ὡς*] = *ὡς πρ. κ.*
ὑπ. καὶ ἡμᾶς. Cf. c. 15. n. 13. Sic
inverso ordine dicebant *οὕτως ...*
ὡς. Cf. Wahlil Clav. librr. V. T.
apocryph. p. 506. Arg. supra ulti-
mam vocis *πάρεργον* syllabam α ex-
hibet, ut *πάρεργα* legatur. Signifi-
cat illud adverbium *obiter* (neben-

her, als ein Nebenwerk) sive ut hic
perfunctorie (obenhin). Cf. Iacobs.
ad Philostr. Imagg. p. 606. 612. Iu-
stinus Apol. I. c. 43: *Οὐ γὰρ ὡσπερ*
τὰ ἄλλα, ὅλον δένδρον καὶ τετρα-
ποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει
πράττειν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄν-
θρωπον. Μοχ Arg. non ἀπολοί-
μεθα sed ἀπολλώμεθα.

18. *αὐτοῦς*] Ita codd. msti. Sed
Gesner. Rechenb. Lindn. effecerunt
αὐτοῦς. Cf. c. 2. n. 9.

1. *Τοὺς μὲν οὖν κτλ.*] Cf. c.
31. n. 1. Criminis Oedipodeo-
rum concubituum Christianis af-
ficti apud veteres causae christinae
vindices saepe fit mentio. Cfr. in-
primis Minucius Fel. Octav. cc. 9. 31.

2. *Χρηῖν*] Lub. *χηῖν*, Bodl. 1. 2.

ἀδιαφόρως μίγνυσθαι κρίνειν ἔμελλον, ³ ἢ τὸν Δία μεμισσημέναι, ἐκ μητρὸς μὲν Πέρας θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον, ⁴ γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ χρώμενον, ἢ ⁵ τὸν τούτων ποιητὴν Ὀρφέα, ὅτι καὶ ἀνόσιον ὑπὲρ τὸν Θυέστην καὶ μιαρὸν ἐποίησε τὸν Δία· καὶ γὰρ ⁶ οὗτος τῇ θυγατρὶ κατὰ χρησμὸν ἐμίγη, βασιλεῦσαι θέλων καὶ ἐκδικηθῆναι. ⁷ Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. ⁸ Ὁ γὰρ βλέπων, φησί, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη μεμολχυσκεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οἷς οὖν ⁹ μηδὲν τὸ πλέον ἔξεστιν ὄραν ἢ ἐφ' ᾧ ἔπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ θεός, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι, καὶ οἷς τὸ ἰδεῖν ἠδέως μοιχεία, ἐφ' ἑτέρα ¹⁰ τῶν ὀ-

Aet. et Duceus ἐχρῆν. Pro ἀδιαφόρως Bodl. 1 et Aet. ἀδιαφόρους. Mox Bodl. 1. 2 ἔμελλον.

3. ἢ τὸν Δία ... πεπαιδοπ.] Cf. c. 20 ibique n. 18. Pro ἢ Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. Vocī Πέρας Lub. τῆς praemittit. Scripsit Lobeckius (Aglaphem. T. I. p. 548) τὸν ἐκ μητρὸς ... παιδοποιησάμενον.

4. γυναικὶ ... χρώμενον] Haec omnia in Lub. exciderunt. Editi recte cum Bon. et Aet. γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ. Etiam Par. 1. Arg. Mon. γυναικὶ ἰδί' ἀδελφῇ. Par. 2 et Ottob. 1. 2 γυναικὶ δ' ἀδελφῇ. Bodl. 1. 2. Clar. γυναικὶ καὶ ἀδελφῇ. Theophilus Ant. ad Autol. III. c. 3: τὴν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀφῆτοποιεῖν. C. 8: τὴν Ἥραν στόματι μιαρῶ συγγίνεσθαι τῷ Διί.

5. τὸν] Bodl. 2 τῶν.

6. οὗτος] Nempe Thyestes. Is deo cum filia sua (Pelopia) concu-

buit, quia oraculo monitus fuerat: quem ex hac filia sua procrearet Atrei fratris cum ulterem fore. Quod post evenit. Aegisthus enim ex hac filia illius ita natus Atream interfecit; unde etiam factum est ut regnum amissum Thyestes recuperaret. In omnibus editionibus post ἐμίγη legitur sic: βασιλεὺς ἐθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι. Sic codd. quoque msti; in plerisque tamen non post ἐμίγη, ut in editionibus, sed post βασιλεὺς commate interpungitur. Excipias Arg., qui veram lectionem βασιλεῦσαι θέλων καὶ ἐκδικηθῆναι indicat; nam is aperte habet: βασιλεῦσαι θέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι. Schollion in marg. Par. 1 a prima manu: κατὰ κοινοῦ τὸ ἐθέλων. Par. 2 in marg.: ἀπὸ (sic) κοινοῦ τὸ θέλων, quamquam in textu codicis ἐθέλων exstat. De forma huius verbi c. 1. n. 10 adeas; κατὰ κοινοῦ quid valeat dixi Tatian. Or. ad Gr. c. 1. n. 26. Inepta vero vox ista Θυέστης, uti iam Decharius vidit, e margine, in qua aliquis

turi erant, vel Iovem odissent, qui ex Rhea matre et filia Proserpina liberos suscepit, et sua sorore usus est uxore, vel horum inventorem Orpheum, ut qui Iovem Thyeste ipso scelestiorem et contaminatiorem fecisset; etenim hic ex oraculo stuprum intulit filiae, quum regnare vellet et se ulcisci. Nos autem tantum absumus a promiscuis flagitiis, ut nobis ne adspicere quidem liceat ad concupiscendum. Nam *qui adspicit, inquit [dominus noster], mulierem ut eam concupiscat, iam moechatus est in corde suo.* Quibus igitur prorsus non ulterius spectare licet quam ea quorum gratia deus oculos formavit, nempe ut nobis lumen essent, quibusque, de ipsa cogitatione in iudicium vocandis, iucundior adspectus adulterium

ad pronomen οὔτος notaverat de Thyeste Athenagoram hinc loqui, in ipsum textum obrepsit. Tales errores incuria librariorum natos quum alibi notavi tum c. 14. n. 10. Eandem quam equidem proposui lectionem Maranus commendavit, nisi quod ἐθέλων pro θέλων scripsit. Priorem tantum commatii partem sanavit G. Canterus (Novv. lectt. lib. 7. c. 38): βασιλεύσαι ἐθέλων καὶ Θύστης ἐκδικηθῆναι, alteram Decharius: ... ἐμίγη βασιλεύς, ἐθέλων καὶ ἐκδικηθῆναι, — ita quidem, ut hic (debebat, quippe comma post βασιλεύς collocans, scribere οὔτος ὁ βασιλεύς) interpretaretur: „nam hic (Thyestes) oraculo monitus cum filia rem habuit, cumque rex esset et ut fratris factum ulcisceretur“ (!); ille vero verba βασιλεύσαι ἐθέλων ad Iovem referret: „Iovem regni obtinendi causa cum filia rem habuisse, Thyestem autem semet ulciscendi“: cui interpretationi plane obstant quae praecedunt: καὶ γὰρ

οὔτος τῆ θύγ. κατὰ χρῆσμον ἐμίγη.

7. Ἡμεῖς δὲ] Respondet praegresso Τοὺς μὲν. Cf. c. 7. n. 3. Etiam Iustianus Apol. I. c. 15 coram imperatoribus fatetur Christianos praecipue id agere ut caste vivant. Tertullian. Apol. c. 46: Christianus „animo adversus libidinem caecus est.“ Cf. infra n. 11.

8. Ὁ ... αὐτοῦ] Matth. 5, 28. — Verbo μεμοίχευκεν Bodl. 1. 2. Aet. αὐτήν addunt. Ex codd. mstis pro αὐτοῦ, quod est in editis, αὐτοῦ restitui.

9. μηδὲν τὸ πλεόν] Sic codd. msti et editi, exceptis Arg. Bodl. 1. Clar. Aet., Maran. et Lindn.: qui in μηδὲν πλεόν mutarunt. Articulus vero, cuius in locum Gesnerus τι substitui voluit, recte se habet: nam scriptor ad certum quiddam animum advertit, quod liceat spectare. Lub. non ἐπλασειν sed ἐπλασε (c. 1. n. 2).

10. τῶν ὀφθαλμῶν] Aet. τοῦ ὀφθαλμοῦ.

φθалаμῶν γεγονότων, ¹¹ μέχρῃς ἐννοίας κριθησομένοις, πῶς ¹² ἂν οὗτοι ἀπιστηθῶσιν εωφρονεῖν; Οὐ γὰρ πρὸς ἀνθρώπαικούς νόμους ὁ λόγος ἡμῖν, οὗς ἂν τις γινόμενος πονηρὸς καὶ λάθοι C (ἐν ἀρχῇ δὲ ὑμῖν, ¹³ δεσπόται, θεοδίδακτον εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον ἐπιστούμην), ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν νόμος ¹⁴ ὃς δικαιοσύνης μέτρον ἐποίησεν αὐτοὺς καὶ τοὺς πέλας ἔχειν. ¹⁵ Διὰ τοῦτο καὶ καθ' ἡλικίαν τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς, καὶ ¹⁶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν. ¹⁷ Οὗς οὖν ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφάς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα, ¹⁸ περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα αὐτῶν τὰ σώματα μένειν, πάλιν ἡμῖν λέγοντος ¹⁹ τοῦ λόγου. ²⁰ Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευ-D

11. μέχρῃς ἐννοίας] Bodl. 1. 2 μέχρῃς ἐννοίαν. Theophyl. l. c. III. c. 13: Καὶ περὶ σεμνότητος οὐ μόνον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἅγιος λόγος τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μέχρῃς ἐννοίας. Minuc. l. c. c. 31; „pudorem non facie sed mente praestamus.“

12. ἂν] Abest a Bodl. 1. 2.

13. δεσπόται] Sic Arg., iuxta emendationem a prima manu factam. Sic etiam Morell. et Lindn. reposuerunt. (Duc. ὡ δεσπόται.) Idem commendarunt reliqui editores, quia Athenagoras ad utrumque imperatorem loquitur. Omnes msti et editi, iis exceptis quos ante memoravi, δεσπότης exhibent. Quid? Fortasse δεσπόταις legendum, quod eodem fere modo pronuntiatur. Ante ὑμῖν Par. 2 supra lineam καὶ. De sententia huius commatii interpositi cf. c. 11. p. 11 B.

14. ὃς] Arg. Bodl. 1. 2. Mon. ἦ, Aet. ἦ. Sed in Arg. corrector ὃς ad marg. notavit. Mox pro αὐτοῦς (n. 8: c. 2. n. 9), quod in editis invenitur, ex mstis αὐτοῦς

(solus Mon. αὐτοῦς) textui inserui. Tum pro καὶ Gesnerus πρὸς coniecit legendum, idque Suffr. Petrus videtur probasse, dum interpretatur: „quae eam statuit iustitiae regulam ut eodem nobiscum loco habeamus proximos nostros.“ Attamen nihil vetat vulgatam lectionem retinere. Lindnerus αὐτοῦς inepte cepit = ὡς αὐτοῦς. Vox δικαιοσύνης eam significat conditionem qua quis talis est qualis debet esse. Cf. Justin. De monarch. c. 5. n. 5. Formula δικαιοσύνης μέτρον, „vollkommene Rechtschaffenheit“ (cf. Pape Lex. gr. s. v. μέτρον T. II. p. 154), dicta est respectu habito castitatis, quam scriptor Christianis vindicat (n. 1). Tertullianus Apol. c. 45: „Nos soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. Innocentiam a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab in contemptibili disceptore mandatam. Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit; inde nec

est, quia oculi in alios usus instituti sunt: ii quomodo temperantes non credantur? Non enim nobis ratio est cum humanis legibus, quas improbus aliquis etiam lateat (vobis autem initio, domini, demonstrabam doctrinam nostram a deo traditam esse), sed nobis lex est quae effecit ut summam integritatem nos teneamus et proximi nostri. Ideo pro aetate alios filios et filias novimus, alios fratres et sorores habemus, et aetate proVectiores patrum et matrum loco colimus. Quos igitur fratres et sorores caeterisque cognationis nominibus dicimus, maximae nobis curae est ut intaminata et incorrupta eorum corpora maneant, logo nobis iterum dicente: *Si quis*

plene nec adeo timendae estis disciplinae.“

15. Διὰ τοῦτο] Bodl. 1. 2 διὰ τοῦτον.

16. τοῖς προβεβηκόσι] Scil. τῆν ἡλικίαν. Cf. Bretschneideri Lex. man. in librr. N. T. (ed. 3) p. 348 et Wahlī Clav. librr. V. T. spocr. p. 418. Verba καὶ μητέρων in Lub. exciderunt.

17. Οὗς . . . καὶ τὰ λοιπὰ] Morell. οὗς οὖν ἀδελφάς καὶ τὰ λοιπὰ, Duc. οὗς οὖν ἀδελφούς καὶ τὰ λοιπὰ. At in omnibus codd. mstis exstat ut supra in textu.

18. περὶ πολλοῦ ἡμῶν] Scil. ἐστὶ. Dicendi genus satis notum. Nes: „Es kommt uns viel darauf an dass die, welche wir unter Brüdern und Schwestern u. s. w. meinen, ihre Körper“ etc. Respicit haud dubio Athenagoras profanam a Gentilibus contra Christianos prolatam interpretationem nominum fratris et sororis, quae Christiani sibi invicem imponere solebant. Minucius l. c. c. 9: „se promiscue appellant fratres et sorores.“ Nimirum in erotica Romanorum dictione frater

et soror euphemistice audiebant qui stupri consuetudine coniuncti erant (= amator et amica). Cf. Kortholt De calumniis paganorum in vett. Christt. sparsis p. 168 sqq. — Voculam καὶ ante ἀδιάφθ. omisit Lub. Pro αὐτῶν Bodl. 1 αὐτοῦ.

19. τοῦ λόγου] Hac voce neque lex (S. Petr. et Dech.) neque religio christiana (Gesn., Liadn., Lardner *Glaubwürdigk. d. evang. Geschichte* P. II. Vol. I. p. 339, coll. I. H. Friedlieb *Schrift Tradition* etc. Vratisl. 1854, p. 268) neque scriptura (Maran.) significatur, sed, quum πάλιν ἡμῶν λέγοντος dicat, idem dominus noster, logos, cuius effatum aliquod (Matth. 5, 28) supra verbo φησὶ introduxit.

20. Ἐάν τις κτλ.] Videtur haec Athenagoras ex apocrypha aliqua scriptura deprompsisse. *Maranus*. Respici puto ad verba, quae in conventibus Christianorum sacris ex scripto, velut ex Agendis, praelegebantur, quibusque de iis instruebantur homines quae ad disciplinam externam, in iis conventibus observandam, spectabant. *Lindner* (Praef. p.

τέρου ²¹ καταφιλήσῃ, ὅτι ἤρσεν αὐτῷ· καὶ ἐκυφρόντος· Οὕτως οὖν ἀκριβοῦσθαι ²² τὸ φίλημα μᾶλλον δὲ ²³ τὸ προσκύνημα δεῖ, εἰς, εἰπον μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραβολαθεῖη, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς.

33. Ἐλπίδα οὖν ζωῆς αἰωνίου ἔχοντες, τῶν ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καταφρονοῦμεν, μέχρι καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἠδέων· γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν ἦν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ἑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. Ὡς 37 γὰρ ὁ γεωργὸς ² καταβάλλον εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἄρητον περι-

XIX). Nobis arridet sententia Lardneri [l. c.], qui verba haec ex antiquo scriptore christiano desumpta esse putat, quem hac in re diligenter Iesu et apostolorum vestigia legisse Athenagoras hic indicet. *Clarisse* (De Athenag. vit. et scriptt. p. 82). Videntur haec petita esse ex quadam verborum Matth. 5, 29 explicatione, quae aut in apographum ev. Matthaei, quo usus est Athenagoras, irrepserant aut ab Athenagora ipso in commentario quodam inventa minus recte Christo ipsi attributa sunt. *Rud. Anger* (Synopsis evangg. Matth. Marc. Luc., Lips. 1852, p. 271). — Scripturae discrepantia huius loci fere nulla deprehenditur. Lub. ἐκ δευτέρου διὰ τοῦτο, verbis transpositis. Tum Par. 2 in marg. προσκυμα pro προσκύνημα. Denique Bedl. 1 et 2 τῆν (pro τῇ) διανοία.

21. καταφιλήσῃ] Scil. γυναῖκα, — ὅτι ἤρσεν (ἐκείνη) αὐτῷ — supple ἁμαρτάνει.

22. τὸ φίλημα] Etsi osculum apud priscos Christianos signum esset amoris fraterni, tamen quidam eo abutentes gentilibus ansam praebuere calumniandi, ut ex Clementis

Alex. Paedag. III. c. 11. §. 81 patet: τοῦτο ἐκπέκληκεν ἑκονοίας αἰσχρᾶς καὶ βλασφημίας, τὸ ἀνέδην χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν.

23. τὸ προσκύνημα] Puto hic respexisse Athenagoram ad illum ritum, quo poenitentes volutabantur ad genua fratrum. Quare apud Tertullianum De poenit. c. 9 celebris illa phrasis occurrit *presbyteris advolvi et caris dei adgeniculari*. Hinc orta illa Gentilium adversus Christianos criminatio, de qua Minucius Felix in Octavio c. 28: „Etiam ille, qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, tentat in nos conferre quae sua sunt.“ Itaque auctor operis, cuius verba hic ab Athenagora recitantur, de huiusmodi ritu fortasse accipiendus: „Summa scilicet cautione osculum adhibendum, magis autem adoratio“ (μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα), sive adgeniculatio quae caris dei fieri solet, ut Tertulliani verbis utar. *Gallandius*. Adstipulatus est *Friedlieb* (l. c.). Equidem vero ista conseo argutius a Gallandio quam verius disputata esse neque ullo modo ad sententiarum nexum quadrare.

osculum propterea repetat, quod eo delectetur [, peccat]; et adiiciente: *Summa ergo cautione adhibendum est osculum vel potius saluatio, ut quae, si paululum cogitatione inquinetur, nos ab aeterna vita excludat.*

33. Quam ergo spem habeamus aeternae vitae, ea quae in hac vita versantur contemnimus, ipsas quoque animae oblectationes: uxorem quidem unusquisque nostrum eam quam secundum leges a nobis positas duxit existimans, eamque ad liberorum dumtaxat procreationem. Quemadmodum enim agricola iactis in terram seminibus messem exspectat, non alia

Hic quid vult adgeniculatio? Nota illa corrigentis formula *μᾶλλον δὲ* (vel ut verius dicam: c. 21. n. 12, Wyttenb. in Iulian. p. 223. ed. Schaeff., Bornemann ad Xenoph. Cyrop. V. c. 4. §. 49, Herbst ad Xenoph. Mem. III. c. 13. §. 6) indicat osculum propria salutatione quaedam habendum esse. *Προσκύνημα* est saluatio (Gesn.). *Προσκυνῶ* enim, manu ad os admota osculans reverentiam alicui testor (Herod. III. 11, 18), interdum valet i. q. *saluto* (Sophoc. Phil. 530).

1. *ὑφ' ἡμῶν*] Maranus nullus dubitat quin legendum sit *ὑφ' ὑμῶν*. Haec mutatio Lindnero displicuit. „Tribus enim modis“, is ait (in Cur. poster.), „nuptiae contrahebantur: confarreatione, coemtiono et usu. Prior modus, qui sacrificio oblato per Pontificem Maximum et Flaminem Dialem fiebat, a Christianis observari salva religione non potuit. Idem astatuo de iis nuptiis quae usu fiebant. Coemtiono fieri quidem potuit. Sed Christianos tamen puto suas sibi leges et instituta habuisse. Neque obstant tabulae nuptiales, quae Tertulliano teste

(Ad uxor. II. c. 3) secundum leges romanas fiebant, eo scilicet consilio, ut in iudicio essent validae.“ Cf. Rheinwald *Die kirchl. Archäologie* (Berol. 1830) §. 121 et Locherer *Lehrb. d. chr.-kirchl. Archäologie* (Francof. ad M. 1832) p. 169 sq. Ad verba *καὶ ταύτην* supple *γυναῖκα νομιζῶν*. Matrimonium a Christianis nullam aliam ob causam iniiri ac prolis suscipiendae praeter alios testantur S. Iustinus Apol. I. c. 29: *Οὐκ ἔγαμουμεν εἰ μὴ παιδῶν ἀνατροφῇ*, et Tertullianus Apol. c. 9: „Ab omni post matrimonium excessu ... tuti sumus.“

2. *καταβάλλον*] Lub. Mon. Aet. *καταβαλῶν*. Pro *περιμένει* Bodl. 1. 2. Aet. *μένει*. De accentu vocis *ἄμνητος* accuratissime disputavit Spitzner. ad II. exc. XXX. Aliter Clemens Alex. Paedag. II. c. 10. §. 10 illa comparatione utitur: *τοῖς γεγαμηκέσι σκοπὸς ἡ παιδοποιία, τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία, καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια, τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή.*

μένει, οὐκ ἐπισκίρων, καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυρίας ἢ παιδοποιΐα.
³ Εὐροῖς δ' ἄν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖ-
 κας, καταγρησκόνας ἀγάμους ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον ⁴ συνέσεσθαι
 τῷ θεῷ. Εἰ δὲ τὸ ἐν παρθενίᾳ καὶ ⁵ ἐν εὐνουσίᾳ μῆναι μᾶλλον
 παρίστησι ⁶ τῷ θεῷ, τὸ δὲ μέχρις ἐννοίας καὶ ἐπιθυρίας ἐλθεῖν
 ἀπέγει, ὧν τὰς ἐννοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα
 παραιτούμεθα. ⁷ Οὐ γὰρ μελέτη λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδα- Β
 σκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα, ⁸ ἢ οἷός τις ἐτέχθη μένειν ἢ ἐφ' ἐνὶ
 γάμῳ. ⁹ ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία. ¹⁰ Ὅς γὰρ ἄν
 ἀπολύσῃ, φησί, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται,
 οὔτε ¹¹ ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἢς ἑπαυσέ τις τὴν παρθενίαν οὔτε
 ἐγαμεῖν. Ὁ γὰρ ¹² ἀποστειρῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναίκος,

3. Εὐροῖς δ' ἄν κτλ.] Particula δὲ respondet praecedenti γυναῖκα μὲν etc. Multos utriusque sexus Christianos hac aetate existisse qui a pueritia ad summam senectutem servarent virginitatem illibatam, referunt etiam Iustinus I. c. 15 (n. 10), Origenes c. Cels. I. c. 26, Eusebius De laud. Constant. c. 17, Tertullianus l. c.: „Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellant, senes pueri.“ Ad uxor. I. c. 6: „Quot enim sunt qui statim a lavacro carnem suam obsignant?“ De cultu fem. II. c. 9: „Non enim et multi ita faciunt et se spadonatu obsignant propter regnum dei?“ Minucius Octav. c. 31: „Plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur, tantum denique abest incesti cupido ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.“ Cf. Pitra Spicileg. Solesm. T. I (Par. 1852. 4^o) p. 323.

4. συνέσεσθαι] Aet. συνέσθαι, Bodl. 1. 2 συνέσται. Voces τῷ θεῷ ab his tribus sunt reiectae.

5. ἐν] Deest Lub. Bodl. 1. 2.

6. τῷ θεῷ] Haec in Aet. desiderantur. Mox Bodl. 1. 2 ἐπάγει pro ἀπέγει.

7. Οὐ . . . ἡμέτερα] Cf. c. 11. n. 19.

8. ἢ etc.] Haec verba eperexegetice ad ea quae antecedunt apposita sunt. Bodl. 1. 2. Aet. ἐν pro ἐφ'. Bodl. 1. 2 γαμήσει, non γάμῳ.

9. ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία] Non solus Athenagoras de digamis iusto severius visus est iudicare. Consuli potest longa series eiusmodi testimoniorum apud Cotelerium ad Herm. Past. II [mand. 4. §. 4] p. 64 [ed. Par. et p. 91 Antwerp.; adde F. Chr. Baur *Die sogen. Pastoralbriefe*, Stuttg. 1835, p. 117 sqq.]. Non tamen praetermittendum quid sentiat Athenagoras, cum praesertim Tillemontius, quo viro nemo aequior, nemo ad vituperandum tardior, Athenagorae verbis adductus sit ut eum o Montanisticis [de quorum circa matrimonium placitis cf. Schwegler *Der Montanismus* p. 58 sqq. 236 sq.] unum

superiniciens, ita nobis cupiditatis modus procreatio liberorum. Multos autem apud nos reperias, tum viros tum mulieres, qui caelibes consenescent quod sperent arctius se cum deo coniunctum iri. Quodsi in virginitate et in spadonatu manere magis deo coniungit, se dare vero cogitationi et cupiditati [ab illo] abducit: quorum cogitationes fugimus, eorum actiones multo magis aversamur. Non enim meditatione sermonum sed demonstratione et disciplina actionum res nostrae continentur, ut quisque vel qualis natus est maneat vel unicis in nuptiis; secundae enim decorum adulterium. *Quicumque enim dimiserit, inquit, uxorem suam et aliam duxerit, moechatur, neque eam dimitti sinens, cuius virginitati finem aliquis imposuit, neque alteram duci.* Nam qui se ipse priori uxore spoliatur,

fuisse non affirmaret quidem sed tamen suspicaretur. Equidem satis causae esse non puto ut in hanc suspicionem vocetur. Nam 1^o. cum monogamia maximo esset in pretio apud Christianos, secundae autem nuptiae, etsi non omnino inconcessae, aliqua tamen ignominia notarentur, digamis a sacra communione ad tempus remotis: quid mirum si monogamiam Athenagoras ut commune Christianorum institutum commendat? Similiter Theophilus Antiochenus ad Autol. III [c. 15]: Apud Christianos *μονογαμία τηρεῖται*. Et Minucius Felix [l. c.]: „Cupiditatem procreandi aut unam scimus aut nullam.“ 2^o. Metaphora non carent hae voces *occultus est adulter*. Lenit enim asperiores criminationem dum occultum vocat adulterium: ac secundas nuptias nulla lege interdictas fatetur, siquidem tunc manifestum esset vitium. Hanc igitur vim habet decorum illud et occultum adulterium ut digamus per quamdam me-

taphoram ac sensu quodam subtiliore et longius petito adulter sit, quia videlicet, ut addit Athenagoras, discedit ab ea matrimonii ratione, quam deus ab initio instituerat, unica uxore Adamo concessa. *Maranus*.

10. Ὁς . . . μοιχᾶται] Matth. 19, 9. Verba *μὴ ἐπὶ πορνείᾳ* (Lachmann. *παρεκτὸς λόγου πορνείας*) omissa sunt. Pro τ. γυν. αὐτοῦ (sic codd. msti) editi τ. γυν. αὐτοῦ reflexive. Loco *γαμήσῃ* Bodl. 1 *γαμήσει*. Lub. *μοιχᾶται γαμήσας ἄλλην* pro *γαμήσῃ ἄ. μοιχᾶται*.

11. ἀπολύειν] Bodl. 1 ἀπολύσειν. Pro ἧς ἕκαστος Bodl. 1. 2. Aet. ἧ ἕκαστος. Est *ἐπιγαμισῖν* uxore contra fas dimissa vel post mortem eius aliam ducere. Rössler: „Der Mann, meint Athenagoras, bleibt ein Ehebrecher, wenn er sich wieder verheirathet, weil nur ein Mann und ein Weib seien d. h. ein Mann nur ein Weib jemals haben soll.“

12. ἀποστρεφῶν ἐ. τ. πρ. γυν.] = ἀπολύων τὴν προτέραν γυναῖ-

καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, ¹³ παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ, ¹⁴ ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα, ¹⁵ λύων δὲ τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν C ἕνωσιν πρόσμιξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.

34. Ἄλλ' οἱ τοιοῦτοι (ὦ τί ἂν εἶποιμι τὰ ἀπόρρητα;) ἄ-

κα. Pro παρακεκαλυμμένος malit Stephanus παρακεκαλυμένως adverbialiter, *occulta ratione*.

13. παραβαίνων] Bodl. 1. 2 παραμένων. Formula τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ indicat τὴν πλάσιν ἢ κτίσιν θεοῦ. Paulo post (c. 34) χεῖρα καὶ γνώμην θεοῦ nominat.

14. ὅτι ... γυναῖκα] Matth. 19, 4: ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς (Gen. 1, 27).

15. λύων κτλ.] Editi λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν (εἰς τὴν Duc. addit) τοῦ γένους κοινωνίαν. Sententiam ex his verbis quomodo extrudere possim, equidem haud scio. Dechairius interpretatus est: „et carnem a carne, cui coniuncta erat, separans, videlicet coitus gratiâ sexus coniunctionem.“ Gesnerus forte legendum censuit: λύων δὲ τὴν σάρκα κτλ. πρὸς μίξιν καὶ γένους κοινωνίαν. Sed ipse dubitat an dici possit λύειν τι πρὸς τι pro ἀπό τινος. Lindnero placuit: λύων δὲ τὴν (σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν) πρὸς μίξιν τοῦ γένους κοινωνίαν. Quae parenthesis non est unius assis. Codd. msti offerunt eadem verba ista quae sunt in editis. Sed nonnulli excipiendi sunt. Etenim Par. 1. 2 (is supra lineam secunda manu) Arg. Bodl. 1. 2. Clar. Aet. praepositionem εἰς agnoscunt ante τοῦ γένους κοινωνίαν. Ut autem nihil desit ad sensus in-

tegritatem, muta prius σάρκα in σαρκὸς (illud librario in calammum venit ob σάρκα quod sequitur) et ex duobus πρὸς μίξιν (vel μίξιν potius) fac unum πρόσμιξιν (Athenagoras ΠΡΟΣΜΙΞΙΝ scripsit). Itaque redde scriptori certissima emendatione, quam Marano debemus, mutatione paene nulla: λύων δὲ τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν (secundum unionem) πρόσμιξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν. Matth. 19, 5: καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν (Gen. 2, 24). Cf. n. 14. „Sed“, ait Maranus, „molestum forte videbitur, quod Athenagoras iisdem utatur rationibus quibus Tertullianus catholicam sententiam impugnat in libro De monogamia. Revocat enim Tertullianus ad primam matrimonii institutionem c. 4. Profert etiam c. 9 latam a Christo legem adversus divortium. Sed saepe ex iisdem principiis diversae consecutiones eruuntur. Cum enim haec duo argumenta, de quibus diximus, tum multa alia Hieronymus ex libro Tertulliani De monogamia mutuatur in Epist. 91 (alias 11), non ut secundas nuptias, ut Tertullianus, prohibitas et impermissas sed ut propter intemperantiam concessas esse demonstraret. Primam matrimonii institutionem pariter obficiunt digamis auctor Constitt. apost. III. c. 2 et Clemens Alex. Strom. III. p. 461.“

1. Ἄλλ' οἱ τοιοῦτοι κτλ.] Per

etiãmsi mœrtua sit, occultus est adulter, tum quod manum dei transgrediatur, quoniam initio deus unum hominem finxit et unam mulierem, tum quod arctissimam carnis cum carne coniunctionem ad commiscendum genus colligatam dissolvat.

34. Sed tales quum simus (o quid proferam tacenda ?)

exclamationem ᾧ τί ἄν εἰποιμι τὰ ἀπόρρητα in adversarios invehitur, quorum flagitiosissimas libidines Christianorum castitati opponit, eaque comparatione ceu opportunissima conclusione hanc confutationem claudit. Notandum autem hoc loco est proverbium ἡ πόρνη τὴν σώφρονα [sc. ἐλέγχει], h. e. meretrix pudicam videlicet castigat aut libidinis arguit, quod usurpatum antiquis videtur, quoties deterior aliquis praestantiorem reprehenderet et ea ipsa flagitia, quae in se ipsum vere quadrabant, alteri immerito exprobraret. Non dissimilis huic forma illa est qua dicitur „Sus Minervam.“ *Suffr. Petrus.* Pertinent huc quae Minucius Felix [c. 31] habet: „Haec potius de vestris gentibus nata sunt. Ius est apud Persas misceri cum matribus; Aegyptiis et Athenis cum sororibus legitima connubia; memoriae et tragoediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et auditis; sic et deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore coniunctos. Merito igitur incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur.“ Adde Tertull. Apol. c. 9. *Rechenberg.* Prorsus aliter Rich. Rothe (De disciplinae arcani in eccles. christ. origine, Heidelb. 1841. 4^o, p. 24) istam exclamationem interpretatus est, nempe de christianis mysteriis coram gentilibus alto silentio tegendis. „Ma-

nifestum est hascœ calumnias (concupitus Oedipodeos et epulas Thyesteas) haud facilius et solidius potuisse dilui quam ingenua et accurata convivii dominici, quod insulsis istis criminationibus ansam dederat, descriptione. Nihilominus tamen Athenagoras hanc viam contemnit et in toto opere suo eucharistiam, immo omnia in universoni quae ad cultum divinum Christianorum referuntur, taciturno calamo praeterit. Quid quod, dum hanc ipsam telam texit, lectoribus quasi per transennam innuit se in argumento versari profanis oculis obvelando, ex improvise haec verba effutiens ᾧ τί ἄν εἰποιμι τὰ ἀπόρρητα? Contra disputavit Neander *Allg. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* T. I (ed. 2. Hamb. 1842) p. 567; transtulit: „O was soll ich reden von dem, worüber man lieber schweigen sollte?“ Nondum loquitur Athenagoras de tertio crimine Christianis afficto, h. e. *Θυσταίων δολίων*: quod quidem inde originem duxit quod gentiles inepte interpretarentur agaparum, potissimum sacrae coenae, apud illos usum. Mox vero transitum parat; cf. infra n. 8. Crimen alterum, h. e. concubitum incestorum, cur maxime sit Christianis obiectum, c. 32. n. 18 dixi. — Pro ᾧ Bodl. 1. 2. Act. ᾧς. Verba ἀκούμεν τ. τ. παρομ. = de nobis valet quod in proverbio dicitur.

κούομεν τὰ τῆς παροιμίας Ἡ πόρνη τὴν σώφρονα. ² Οἱ γὰρ ἀγορὰν στήσαντες πορνείας καὶ καταγωγὰς ἀθέσμους πεπονημένοι τοῖς νέοις πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς ³ καὶ μηδὲ τῶν ἀρσένων φειδόμενοι, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὰ δεινὰ κατεργαζόμενοι, ὄσων σεμνότερα καὶ εὐειδέστερα σώματα παντοίως αὐτὰ ὑβρίζοντες, ⁴ ἀτιμοῦντες καὶ τὸ ποιητὸν τοῦ θεοῦ καλόν (οὐ γὰρ ⁵ αὐτοποίητον ἐπὶ γῆς τὸ κάλλος, ἀλλὰ ὑπὸ χειρὸς καὶ γνώμης πεμπόμενον τοῦ θεοῦ), ⁶ οὗτοι δὲ ἅ συνίσασιν αὐτοῖς καὶ τοὺς σφετέρους λέγουσι θεοὺς, ἐπ' αὐτῶν ὡς σεμνὰ καὶ τῶν θεῶν αὐτὰ ἀχούντες, ταῦτα ἡμᾶς λοιδοροῦνται, κακίζοντες οἱ μοιχοὶ καὶ παιδερασταὶ τοὺς εὐνούχους καὶ μονογάμους, ⁷ οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες. ⁸ καὶ γὰρ οὗτοι καταπίνουσι τὸν ἐμπεισόντα, ἐλαύνοντες ὁ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέστερον. Καὶ τοῦτό ἐστι σαρκῶν ⁹ ἄπτεισθαι ἀνθρωπικῶν, τὸ κειμένων νόμων, οὓς ὑμεῖς καὶ οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ἐξετάσαντες ἐθήκατε, παρὰ ³⁸ τούτους ¹⁰ αὐτοὺς βιάζεσθαι, ὡς μηδὲ ¹¹ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κατα-

2. Οἱ γὰρ ... ἡδονῆς] Similia alii patres narrant: Justin. Apol. I. c. 27. n. 3. — Pro Οἱ Bodl. 1. 2. Aet. οὐ.

3. καὶ μηδὲ ... κατεργαζόμενοι] Rom. 1, 27. „Athenagoras Paulum magis graece fecit scribentem.“ W. A. van Hengel Interpr. Ep. ad Rom. T. I (Sylv. Duc. 1855) p. 146. — Pro ἀρσένων Arg. ἀρρένων. Cf. c. 22. n. 26. Praepositio ἐν ante ἄρσεσι deest in Bodl. 1. 2. Aet.

4. ἀτιμοῦντες] Bodl. 1. 2. Aet. ἀτιμοῦνται, Par. 2 ἀντιμῶνται. — Lindner.: „ποιητὸν τ. θ. καλόν, bonum a deo auctore profectum. Intelligit pulchritudinem.“

5. αὐτοποίητον] Bodl. 1 αὐτὸ ποιητὸν. Arg. ἀλλ' ἀπὸ pro ἀλλὰ ὑπὸ.

6. οὗτοι] Bodl. 1. 2 et Aet. αὐτοὶ. Pro δὲ, quod sequitur, Gesnerus γε scribendum putavit. Neu-

liquam muto. Illud, post participia collocatum, id quod infertur fortius exprimit. Est enim oppositio: ἀγορὰν μὲν ἔστησαν κτλ., ἡμᾶς δὲ λοιδοροῦνται. Pro αὐτοῖς (codd. mstf) legunt Gesner. Rechenb. Dechair. Lindn. αὐτοῖς. Cf. c. 2. n. 9: Μοχ Bodl. 1. 2. Aet. θεοῖς pro θεοῦς. Post θεοῦς non opus cum Dechairio ποιεῖν supplere. Repetas cogitatione ἅ ante λέγουσι τοὺς σφετέρους θεοῦς. Iustinus l. c.: τὰ φανερώς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα κτλ. (respicit ad incestos concubitus) ἡμῖν προσγράφετε.

7. οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες] Alludit ad versus Hesiodi Oper. 277 sq.: Ἰχθύσι μὲν καὶ θηροῖσι καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς, Ἐσθθῆιν ἀλλήλους (sc. νόμος ἐστίν), ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. Lindnerus censet post illa verba aliquid deesse, forsitan τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἀνεξικάκους, et qui

audimus quod in proverbio est *Meretrix pudicam*. Nam qui nundinas impudicitiae instituunt et infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt et ne masculis quidem temperant, masculi in masculos horribilia patrantes, honestiora ac pulchriora quaeque corpora omnibus stupris violantes, dedecorantes etiam factam a deo venustatem (non enim venustas in terra sua sponte exoritur, sed dei manu et voluntate mittitur): hi tandem quae sibi consciverunt quaeque diis suis attribuunt, tamquam de praeclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco obliciunt, sicque adulteri et puerorum amatores eunuchos et semel nuptos vituperant, et qui instar piscium vivunt; etenim hi obvium quemque devorant, et infirmum fortior insectatur. Atque hoc est carnibus humanis vesci: contra leges, a vobis et maioribus vestris ad omnem aequitatem descriptas, vim exercere: ita ut missi a vobis provinciarum praesides minime audien-

instar piscium vivunt vituperant homines bonos et iniuriarum patientes, idque propter ea quae sequuntur in fine capituli.

8. καὶ γὰρ ... εἶναι πρόκειται] Transitus est, verbis οἱ δὲ κλητὸν ἐχθύων ζῶντες ad finem usque capituli, a secundo obiecto (n. 1) ad tertium (c. 35. n. 1); eodem enim calore, quo superiorem confutationem claudit, hanc orditur. Nam ut ibi (Οἱ γὰρ ἀγορᾶν κτλ.) libidinem et impudicitiam, ita hic crudelitatem Christianis obiectam in adversarios retorquet. Oratio autem extendit ut adversariis odium apud imperatores concillet, quos piscium more vivere et inestissimas imperatorum leges immanitate sua praevaricari dicit. — Arg. συμπεσόντα pro ἐμπεσόντα. Pronomen οὗτοι ad ἐχθύων respicit.

9. ἀπειθεῖς] Bodl. 1 ἀπειταί.
Corp. Apoll. Vol. VII.

10. αὐτοῦς] Forte ἄλλους reponi debere Gesnerus putat. Rectius refert Lindnerus ad antegressum ἀνθρώπους, quod latet in ἀνθρώπιμός, praeunte Dechairo qui vertit: „hominibus istiusmodi vim inferre.“ „Das ist Fleisch von Menschen genessen — ihnen (wie den Christen geschieht) Gewalt anthun.“ Suffr. Petrus αὐτοῦς arctissime cum τούτους consociavit reddendo: „praeter has ipsas“ (leges) vim et impressionem exercere, scil. in alios (Christianos). Cum sarcasmo loquitur scriptor. Pronomen οὗτος iunctum cum αὐτός intendit. Ita dicebant αὐτός οὗτος (De resurr. cc. 9. 11) et οὗτος αὐτός (c. 24. n. 4. De res. c. 3. n. 16) = is ipse, eben (gerade) disser. Exempla huius dictionis praebent Lexica: coll. Wahlilii Clav. librr. V. T. apocr. p. 80. 370.

11. τοῦς] Bodl. 1. 2 et Act.

πειμπομένους ἡγεμόνας τῶν ἐθνῶν ἐξαρκεῖν ¹² ταῖς δίκαις, οἷς οὐδὲ παιομένοις μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς οὐδὲ κακῶς ἀκούουσι μὴ εὐλογεῖν ἔξεστιν. ¹³ οὐ γὰρ ἀπαρκεῖ δίκαιον εἶναι (ἔστι δὲ ¹⁴ δικαιοσύνης ἴσα ἴσοις ἀμείβειν), ἀλλ' ἀγαθοῖς καὶ ¹⁵ ἀνεξικάκοις εἶναι πρόκειται.

35. ¹ Τίς οὖν ² εὐφρονῶν εἶποι τοιούτους ὄντας ἡμᾶς ἀνδροφόνους εἶναι; Οὐ γὰρ ἔστι ³ πάσασθαι κρεῶν ἀνθρωπικῶν μὴ πρότερον ἀποκτείνασθαι τινα. Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι, ⁴ τὸ δεύτερον κἄν μὲν τις αὐτοὺς ⁵ ἔρηται εἰ ἐωράκασιν ἢ λέγου- B
σιν, ⁶ οὐδεὶς οὕτως ἀπηρυθριασμένος ὡς εἰπεῖν ἰδεῖν. Καίτοι καὶ δοῦλοι εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν καὶ πλείους τοῖς δὲ ἐλάττους, οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν. ⁷ ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα οὐδὲ κατεψεύσατο. Οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν ⁸ κἄν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ ⁹ ἀνδροφονίαν ἢ ἀνθρωποβορίαν; Τίς ¹⁰ οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὄπλων ἀγωνίας

τήν. Mox Bodl. 1 ἐξαρχεῖν pro ἐξαρκεῖν.

12. ταῖς δίκαις] Causis, quae contra eos aguntur quibus minime licet etc.

13. οὐ γὰρ] Par. 2. Bodl. 2. Aet. οὐδὲ. Bodl. 1. 2. ἐπαρκεῖ.

14. δικαιοσύνης] Sic ex Par. 1. 2. Bodl. 1. 2. Clar. pro vulg. δικαιοσύνη reposui.

15. ἀνεξικάκοις] Bodl. 1. 2. Aet. ἀλεξικάκοις. Christianorum proprium est illatam iniuriam patienter ferre. Consentaneum igitur non est eos homicidas esse.

1. Τίς οὖν κτλ.] Cf. c. 31. n. 1 et c. 34. n. 8. Criminis Thyesteorum coenarum Christianis afficti apud priscos apologetas saepe fit mentio. Cfr. imprimis Minucius Fel. Octav. cc. 9. 30.

2. εὐφρονῶν] Mon. εὐφρονῶν. De res. c. 12.

3. πάσασθαι] Par. 2. Arg. Bodl. 1. 2. Aet. σπάσασθαι.

4. τὸ δεύτερον] Gesnerus addendum censet ψεύδονται et vertit „Quemadmodum igitur primum ab iis falso dicitur, ita secundum quoque mendacium est.“ Hanc versionem caeteri editores, exceptis Marano et Lindnero, repetierunt. Ipse Dechairius punctum post τὸ δεύτερον collocat et verbis Κἄν μὲν τις novam enuntiationem, immo vero novum caput (XXX), incipit. Maranus edidit ut supra in textu exhibui; Lindnerus sic: „Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι. Τὸ δεύτερον [h. e. κατὰ τὸ δεύτερον], κἄν μὲν τις“ κτλ. — Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι, scil. Christianos esse homicidas. Ἄ λέγουσιν, infantes scilicet a Christianis vorari (Minuc. Fel. c. 9). Tertullianus Apol. c. 7: „Quis umquam taliter vrgienti infanti supervenit? . . . Si semper latemus, quando proditum est quod admitti-

dis sufficiant, eorum nempe, quibus neque quum verberantur fas est seipsos non [ad verbera] praebere neque quum male audiunt non benedicere; non enim satis est iustum esse (iustitiae autem est par pari referre), sed propositum est ut boni et patientes malorum simus.

35. Quis igitur sanae mentis homo nos, quum tales simus, homicidas esse dixerit? Non enim fieri potest ut carnes humanas degustemus qui non prius aliquem occiderimus. Dum autem alterum mentiuntur: si quis de altero eos interroget an viderint quae dicitant, nemo tam impudens [est] ut vidisse se dicat. Atqui et servi sunt nobis, aliis plures aliis pauciores, quos latere non possumus: horum tamen nemo inventus est qui talia vel mentiretur de nobis. Quos enim sciunt ne iustae quidem caedis adspectum sustinere, quis eos accusaverit vel occisi hominis vel vorati? Quis gladiatorum et ferarum

mus?“ Minucius l. c. c. 28: „Nec intelligebamus ab his fabulas istas semper ventilari, et numquam vel investigari vel probari.“

5. ἐρηται] Bodl. 1. 2. Aet. εἰρηται (form. epic. et ion.).

6. οὐδεὶς] Arg. Lub. Bodl. 1. Mon. Aet. οὐδεὶς ἐστίν.

7. ἀλλὰ καὶ τούτων ... κατεφύσατο] S. Iustinus in Apol. II. c. 12 testatur nonnullos Christianorum servos aut pueros aut mulierculas horrendis tormentis coactos fuisse fabulosa illa flagitia in Christianos fingere. „Forte non habebat in memoria Athenagoras quod apud Iustinum legitur“ (Maran.), aut saltem fama illius facti ad ipsius aures non pervenit; neque una et altera exceptio abrogare solet regulam. At omnium vero oculos vehemens in se convertit persecutio quae hoc ipso anno quo scribebat Athenagoras, h. e. a. 177, ecclesiam Gallicanam afflixit,

servis tormentorum metu Thyesteas coenas et Oedipodeos concubitus indicantibus, ut ex Epistola Gallorum (ap. Eusebium H. E. V. c. 1) discimus, qua curarunt ut mala sua omnibus orientis coetibus innotescerent. Paulo ante scripsit Athenagoras quam persecutio accidit. — Rechenb. καθ' ὑμῶν (pro ἡμῶν) mendose.

8. καὶ] Deest in Par. 2. Bodl. 2. Aet.

9. ἀνδροφονίαν] Bodl. 1. 2. Aet. ἀνδροφονίας. Mox idem ἀνδροποβορίας.

10. οὐχί] Mon. οὐχ ἡ. Lub. οὐ ὃ. Idem valet τῶν περὶ σπουδῆς ac τῶν περισπουδάστων. Gesner. coniicit τίς οὐχ ὑμῶν περισπουδάστους τὰς κτλ. Lindner. abundare dicit τῶν vel id pro αὐτῶν poni. Quid opus non corrupta emendare? Sive dicas ἔχω τι (= τοῦτό μοι

καὶ διὰ θηρίων, καὶ μάλιστα τὰς ὑφ' ἡμῶν ἀγορένας, ἔχει; Ἄλλ' ὁ
 ἡμεῖς, πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν ¹¹ τὸν φονευόμενον τοῦ ἀποκτεῖναι
 νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν ¹² τὰς τιαύτας θίας. Πῶς οὖν ¹³ μηδὲ
 ὄρωντες, ἵνα μὴ ἑαυτοῖς ἄγος καὶ μίσημα προστριφαίμεθα, φο-
 νεύειν δυνάμεθα; ¹⁴ Καὶ οἷ τὰς τοῖς ἀμβλαθηδίαις χρωμένας
 ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν ¹⁵ τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ θεῷ
 φερειν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον; ¹⁶ Οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ
 νομίζειν μὲν καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς ζῶον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο αὐ-
 τοῦ μέλειν τῷ θεῷ, καὶ παρεληλυθότα εἰς τὸν βίον φονεύειν,
¹⁷ καὶ μὴ ἐπιθέσθαι μὲν τὸ γεννηθέν, ὡς τῶν ἐπιθέντων τε-
 κνοκτονούντων, πάλιν δὲ τὸ τραφέν ἀναιρεῖν· ἀλλ' ἐσμέν πάντα
 πανταχοῦ ὅμοιοι καὶ ἴσοι, ¹⁸ δουλεύοντες τῷ λόγῳ καὶ οὐκ ἄρχον-
 τες αὐτοῦ.

36. Τίς ¹ ἂν οὖν ἀνάστασιν πεπιστευκῶς ἐπὶ σώμασιν ἀνα-
 στησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τάφον; Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν καὶ
 ἀναστήσεσθαι ἡμῶν πεπεισθαι τὰ σώματα καὶ ἐσθίειν αὐτὰ ὡς
 οὐκ ἀναστησόμενα, καὶ ἀποδώσειν μὲν νομίζειν τὴν γῆν τοὺς ³⁹
 ἰδίους νεκρούς, οὓς δὲ τις ² αὐτὸς ἐγκατέθαψεν αὐτῷ μῆτε ἀπαι-
 τηθήσεσθαι. ³ Τούναντίον μὲν οὖν αἰκὸς τοὺς μὲν ⁴ μῆτε λόγον
 ὑφέξειν τοῦ ἐνταῦθα ἢ πονηροῦ ἢ χρηστοῦ βίου μῆτε ἀνάστασιν

ἴσκι) περισπούδαστον σὶνε τῶν πε-
 ρισπουδάστων, perinde est.

11. τὸν φον.] Ita Par. 1 et
 Mon., item Maran. Caeteri τὸ φον.
 Rem quod attinet adias Tertullian.
 De spectac. c. 24: „Hinc vel maxi-
 me intelligunt factum Christianum
 de repadio spectaculorum.“ Adde
 Apolog. c. 38, Theophil. ad Autol.
 III. c. 15, Prudent. in Symmach. I.
 379 sqq.

12. τὰς] Abest a Bodl. 2.

13. μηδὲ ὄρ.] Arg. et Ducaeus
 οἱ μηδὲ ὄρ. Pro ἄγος (attic.) vulgo
 ἄγος (ion.).

14. Καὶ] Arg. εἰ.

15. τῆς] Deest Bodl. 2. De re
 cf. Minuc. l. c. c. 30. §. 2.

16. Οὐ γὰρ] Bodl. 1. 2. Ael.
 δὲ οὐκ. Paullo post Arg. Bodl. 1.
 2 μέλλειν, non μέλειν. Tum Mon.
 παρεληλυθότα. Bodl. 1. 2 ἐκ τῶν
 β. Partic. καὶ ante παρεληλ. re-
 spondet praecedenti μὲν.

17. καὶ μὴ ἐπιθέσθαι μ. τ.
 γεννηθέν] Vide quae observavimus
 in libro De Epist. ad Diognetum (ed.
 2) p. 106. Pro μὲν Bodl. 1. 2 et
 Ael. μετὰ.

18. δουλεύοντες etc.] Haec recte
 ita vertunt: leges a ratione accipi-
 mus, non ipsi praescribimus, h. e.
 ad rationis normam nos accommoda-
 mus, nunquam illi adversamur. Lind-
 ner. Lub. habet δ. τ. λ. καὶ οὐκ
 ἀρνοῦντες αὐτόν. Sic etiam Petr.,

Iudes, praesertim si a vobis dentur, non in iis ducat quae summo studio dignantur? Nos autem, quum homicidium spectare paene idem esse arbitremur ac perpetrare, nuntium his spectaculis remisimus. Caedem igitur quomodo perpetrare possimus, qui eam ne spectandam quidem ducimus, ne piaculum et scelus nobis impingamus? Et qui mulieres illas quae medicamentis ad abortum utuntur homicidas esse et rationem huius abortus deo reddituras dicimus, quomodo hominem occideremus? Non enim eiusdem est foetum in utero animal esse et ideo deo curae esse existimare, et editum in lucem occidere: item infantem non exponere, quia infanticidae sunt qui exponant, rursus autem enutritum interficere; sed semper in omnibus iidem et aequales sumus, rationi servientes neque ei imperantes.

36. Quis est igitur qui, quum resurrectionem credat, resurrecturis corporibus sepulcrum se ipsum praebet? Non enim eorundem est et certo tenere corpora nostra resurrectura et ipsa ut non resurrectura comedere, ac terram quidem proprios mortuos reddituram existimare, quos autem quis in se sepeliverit eos a se non repetitum iri. Contra itaque qui nec rationem se huius vitae seu bene seu male actae

nisi quod τῷ θεῷ λόγῳ (divino logo) pro τῷ λόγῳ habet. Illam lectionem Mon: quoque indicat: δ. τ. λ. καὶ οὐκ ἀρτεῖς αὐτοῦ (sic). Inde in Bodl. 1. 2. Clar. Aet. ortum est δ. τ. λ. καὶ οὐκ κρατοῦντες αὐτοῦ. Cf. De res. c. 24. p. 67 B.

1. ἀν] Deest Bodl. 1. 2. Constat praepositionem ἐπὶ seq. dat. interdum referri ad rationem (personae seu rei alicuius) ad aliquem vel ad aliquid: quod attinet ad, in Bezug auf (c. 22. n. 45). Bodl. 1. 2. Aet. ἐαυτοῦ pro ἐαυτὸν. Arg. τάφῳ pro τάφοι.

2. ἀντὸς] Bodl. 1 et Aet. αὐτῶν. Pro ἀντῶ, quod sequitur,

Bodl. 1. 2. Mon. Aet. Bon. et editi (excepto Maraniano) offerunt αὐτῶ. Auctor non reflexive loquitur; cf. c. 2. n. 9.

3. Τοῦναντίον μὲν οὖν κτλ.] Hoc argumentum christianae innocentiae ex superiori dependet; colligit ex antecedentibus ad consequens per antithesin in adversarios longe procliviores esse parricidii suspicionem quam in Christianos, quum illi post mortem nihil mali metuant, Christiani expectent vel aeternas poenas vel aeternum gaudium.

4. μήτε] Par. 1 (is vero secunda manu) Arg. Bodl. 1. 2. Aet. μή. In Lub. et Mon. μήτε deest.

εἶναι οἰομένους, συναπόλλυσθαι δὲ τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχὴν καὶ οἶον ἐναποσβέννυσθαι λογιζομένους, μηδενὸς ἂν ἀποσχέσθαι τολμήματος· τοὺς δὲ μηδὲν ἀνεξέταστον ἔσεσθαι παρὰ τῷ θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ καὶ τὸ ὑπουργῆσαν σῶμα ταῖς ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἐπιθυμίαις πεπεισμένους, οὐδεὶς λόγος ἔχει οὐδὲ τῶν βραχυτάτων τι ἁμαρτεῖν. ⁵ Εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ, ⁶ τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστήναι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας ἀλλ' εὐηθείας· οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ⁷ ἑαυτοὺς λόγοις ἀδικοῦμεν οὐδένα. ⁸ Ὅτι μέντοι οὐ καθ' ἡμᾶς μόνον ἀναστήσεται τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ κατὰ πολλοὺς τῶν φιλοσόφων, ⁹ περίεργον ἐπὶ τοῦ παρόντος δεικνύειν, ἵνα μὴ ἐξαγωνίους τοῖς προκειμένοις ἐπείσῳμεν δοκῶμεν λόγους, ¹⁰ ἢ περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν καὶ τῆς τούτων συστάσεως λέγοντες, ἢ ὅτι πρεσβύτερα τὰ ἀσώματα τῶν σωμάτων καὶ τὰ νοητὰ προάγει τῶν αἰσθητῶν, ¹¹ καὶ πρῶτοις περιπίπτωμεν τοῖς αἰσθητοῖς, συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν τῶν νοητῶν ¹² σωμάτων, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν τῶν αἰσθητῶν· οὐ γὰρ κωλύει ¹³ κατὰ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Πλάτωνα, γενομένης τῆς διαλύσεως τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνέστη ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐτὰ καὶ πάλιν συστήναι. Ἄλλ' ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος.

5. Εἰ δέ τῳ κτλ.] Est ἀνομοφωροῦ, qua eorum cachinnis occurrit qui resurrectionis mysterium veluti frivolum quoddam et anile commentum eludebant. Lactantius Instit. div. V. c. 12: „Si vobis sapientes videmur, imitamini; si stulti, contempnite aut etiam ridete, si libet: nobis enim stultitia nostra prodest.“

6. ἑαυτοὺς] Desideratur in Mon.

7. Ὅτι μέντοι κτλ.] De philosophis idem disputantibus uberius est Iustinus Mart. De resurr. c. 6. Cf. ibi n. 22.

8. περίεργον] Bodl. 1. 2 περίεργος.

9. ἢ] Optimam lectionem Gesnerus prava emendatione oī attentavit.

10. καὶ] Bodl. 1. 2. Aet. καὶ. In Mon. verba τῶν αἰσθητῶν καὶ πρῶτοις περιπ. τ. αἰσθητοῖς, in textu omīssa, a correctoris manu in marg. habentur.

11. σωμάτων, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν] Haec desunt in Lub.; in Mon. tantummodo σωμάτων excidit. Caeteri codd. msti atque editi omittunt verba τῶν αἰσθητῶν post ἐκ δὲ τῶν νοητῶν. Vidit Suffr. Petrus ista

